Item quasi pro regula est circa restitutiones quod vero Domino facienda est restitucio si de facili potest inveniri. Et si lezor potest solvere mortuo et non invento domino vero restituendum est magis coniunctionis personis, scilicet, aut uxori, vel patri, vel matri et illis precipue qui constituti sunt heredes defuncti. Dum modo non fuit aleatores vel dilapidatores vel furiosi. Nam ut dicit: «lex perdit qui dat perdit». ³⁷ Set talibus personis est adibendus curator secundum morem patrie. Item queratur cuy respondendum est de hiis que pertinent ad heredem et ad minus ad consilium iudicis terre, /f. 9R/ tali casu debet fieri restitucio. Si dominus est incertus tunc ad consilium sacerdotis vel ecclesie reddenda sunt que debentur. Nam qui celat rem alienam cum voluntate retinendi illam sicut fur debet iudicari. Item quando certus est dominus et inventus tunc iniungendum est lesori, ut ey si potest satisfaciatur sine sacerdote si vellit et audeat revelare sin autem mediante sacerdote vel alio bono viro nemine nominato ut dictum est. Si vero sciat cuy est dampnificatus tunc si audet lezor personaliter debet petere veniam ut dictum est.

Qualiter sacerdos debet movere milites ut emendant iniurias quas fecerunt

Si milites violenciam fecerunt subditis suis vel alienis, emendant pro posse illis saltem quos nimium gravarunt vel precant eis in aliis vel alias eys benefaciant animo restituendi. Unde quicumque non possunt reddere male habita faciant helemosinas quas possunt animo restituendi pro illis spiritualiter quos leserunt. Et Deus recipiet talem restitutionem in illis elemosinis, quantum ey placuerit.

Qualiter sunt movendi usurarii a sacerdote

Item persone ascite usurariis vel raptoribus et heredes eorum, si vivant,

36. II S 12:10.

37. No localitzada.

reddant dampnificatis ea que possunt. Et, si pinguior fortuna eys obvenerit, reddant de proprio in quantum possunt. Saltem quantum ad eos pertinet ymo totum si possunt ea ratione qua totum repeterent post mortem domini sui quod eys iuste deberetur.

De re perditā

Item si quis comenserit rem perditam in alienum dampnum ex simplicitate vel negligencia vel lesorem cum possessum vel ledendum non permonuit, non videtur teneri ad restitutionem dampni. Set ad penitentiam inducatur. Tamen inducat lesorem ad restitutionem si poteri. Si vero dederit consilium vel auxilium in malum sive dampnum alterius vel partem habuerit dampni dampnati. Debet restituere totum quo usque sciat socios restituuisse vel satisfacisse, et in tantum erit liberatus quantum socii sui solverint. Et ita dicendum est de aliis sociis et, si singuli totum solvant, /f. 9v/ leso vel sacerdoti debent singulis reddi quod ad singulos pertinent. Recuperato dampno illius lesi. Unde si sacerdos non possit eum ad hoc inducere, inducat eum tantum quantum poterit non tamen asecuret illum.

De falso testimonio

Item queratur illi si introduxit falsum testimonium, vel fecit homicidium, facto, vel precepto, opere, vel defensione.

De solucione decimarum

Item queratur an fideliter solvant decimas an primicias vel si fraudem fecit in emicionibus vel vendicionibus vel mercaturis vel operibus vel laboribus et restituat quidquid male habuerit et penitentia ey iniungatur. Item queratur si peccavit per auguria vel per angustiam vel cum sortilegis vel cum specularis vel cum gravatis, vel si peccavit videndo iniungue, vel insperata, vel in sartagine, vel in viis vel per characteres et in consimilibus. Et pro hiis gravis penitentia inponatur. Item queratur si peccavit per incauciones malas et maleficia et si ad hoc accepit de vestimentis ecclesie, vel de ara, vel de crismate, vel de corpore Christi. Et in hiis comisit furtum et sacrilegium. Et in corpore Christi crimen lese magestatis. Item queratur si peccavit tangendo vel osculando mulieres indebite, vel mulieres concupivit et fecisset opus si potuisset in hiis omnibus peccavit mortaliter. Item queratur de clerico si accepit ordines vel beneficium indigne per simoniam. Et nota quod triplex es symonia, scilicet, a lingua, vel si preces carnales porrexit per indigno, a manu, scilicet, permittendo vel dando ab obsequio principaliter exhibito ut habeat beneficia et secundum hoc: «fur est et lastro quia non intrat per hostium»,³⁸ id est, Christum et ideo tamquam fur omnia debet restituere et tam dans quam accipiens symoniam comisit.

38. Jo 10:1.7-8.

Si sacerdos comisit fornicacionem

Item queratur si sacerdos comisit fornicacionem quia videtur in tribus sacris ordinibus et in corpore inuncto quatuor sacrilegia commississe.

Nam sacrilegium est sacre rey lesyo. Item videtur /ff. 10R/ in unaquaquam vice tria vota castitatis annexa tribus sacris ordinibus violase et ita videtur VIIem peccata facere qualim vice et totidem mulier que omnia unicuique inputantur, quare uterque est causa et cooperator peccati alterius.

Si clericus in peccato mortali celebravit

Item queratur si celebravit in mortali peccato constitutus clericus. Et queratur a clerico si est indevotus et sompnolentus steterit vel si peccavit in ecclesia aut in ecclesia in psalmis et in aliis maxime super altare. Et utrum sciat formam consecracionis et si habuit ibi senper intencionem, cum dicit: «Hoc est corpus meum» quia ibi convertitur creature in creatore et vinum in sanguinem cum dicit: «Hic est calix meus et cetera», alias nunquam consecravit secundum quosdam si hoc non fecit sed se ipsum et populum defraudavit. Alii tamen dicunt quod si intencionem talem, scilicet, transsubstanciacionem creature in Creatore habuit cum accessit ad altare sufficit ut dicatur consecrasse. Item queratur si existens in peccato mortali ad altare constrictus est de peccato ante consecracionem, alias gravissime peccaverit. Item queratur si pro temporali lucro accessit ad ecclesiam non pro Deo, vel si habuit intencionem ut recitaret vel cantaret pocius pro vanagloria in ecclesia coram omnibus quam coram Deo et angelis eius pro salute animarum. Item queratur si excommunicati celebraverunt vel excommunicati ordines vel beneficium receperunt, vel furtive et in hiis mitantur ad episcopum pro dispensacione et in aliis secundum consuetudinem terre pro penitencia. Item in sacro misterio vocem fregit ut aures populi demulceret et non pocius corda ad conpuncionem invitavit. Nam ut dicit Bernardus: «Dum cantor mulcet populo suis vocibus, Deum irritat pravis motibus».³⁹ Item si quis constitutus maiori excomunicacione susceperit ordines, vel celebraverit, dispensacionem querat a Papa vel ab eius legato. Si vero in minori excomunicacione tunc potest episcopus dispensare cum eo secundum peritos. Quidam tamen dicunt quod neque irregularitas incurrit in hoc casu. Item instruere debet sacerdos suos subditos ut sciant: Pater Noster et Ave Maria et Credo in Deum vulgariter et VIIem sacramenta ecclesie que sunt: bapismus, crismacio, penitencia, ordo, matrimonium, heucaristia, extrema unccio infirmorum. Et similiter /f. 10v/ debet eos instruere ut sciant septem vicia capitalia que sunt ista: superbia, avaricia, luxuria, ira, gula, invidia, accidia. Et septem opera misericordie que sunt: pascere esurientes, potare

39. *Tonale sancti Bernardi* (PL182, 1666).

sicientes, vestire nudos, recipere infirmos, visitare incarceratos, interesse sepulturis.⁴⁰

Quid sit fiendum si clericus effunderit, sanguinem super corporalia

Item si quis effunderit sanctam sanguinem super corporalia et palleis altaris. Nam statim ab ipso sacerdote sugenda est pars interita et post missam tunc sunt abluenda supposito calice et prime abluciones sunt sumende ab ipso sacerdote, secunde ab alio ieiuno, ultime, scilicet, tercię sunt prociende in piscinam et corporalia deinde reserventur pro reliquiis. Similiter et pars infecta palliarum abluatur et reservetur residum vero resarcietur et si potest honeste remaneat ad usum pristinum, maxime si ecclesia indigeat. Si non potest bene resarciri sit ad alium usum ecclesie. Et suponatur fundens disciplinis diu et omnes qui sunt in ecclesia debent cum eo agere penitentiam circueam. Item si consecratione facta super hostia dependatur vinum non esse in calice aponatur cum aqua secundum quosdam et debet ab illo loco incipere «Simili modo postquam» et cetera. Tucius autem videtur quod hostia consecrata statim detur si videtur ydoneus sin autem reservetur seorsum donec post missam et tunc servatur a sacerdote illo post consecrationem consecutam, nova hostia ponatur ante calice sicut fieri solet et incipiat cite, sicut docuit Mauricius episcopus parisiensis.⁴¹ Et hoc notamus ad presens sine periudicio melioris.

Item queratur a penitente si est elapsus annus vel multum tempus in quo non est confessus ad minus semel in anno, vel si accepit corpus Christi, vel non. Et si accepit in peccato mortali quare in hiis omnibus peccavit mortalissime. Item si confabulatus est in ecclesia tempore horarum, vel si inhoneste inspexit mulieres fingendo oculum, quare impudicus oculus est nuncius impudicis cordis. Item queratur de inhonestate vestium vel aliarum rerum. Et si bibit in tabernis, vel si ludit, et qualiter /f. 11R/ ibi peccaverit. Item penitens debet confiteri si peccavit illicita audiendo, vel videndo, in dicendo detractiones, adulaciones, difamaciones, iactancias, mendacia, falsa periuria, scurrilitates et vana et occiosa verba, huius vidit et audivit et in multis consensiendo peccavit et fecit multos peccare consensiendo peccatis suis. Unde debet admonere et rogare omnes illos qui propter ipsum peccaverunt ut agant penitentiam de omnibus, quia de omnibus tenetur reddere rationem.

Si excommunicatus participavit cum aliis

Item queratur si excommunicatus ingressit se comunioni aliorum vel si participavit cum excommunicato et absolvatur simpliciter, id est, sine iuramento,

⁴⁰. Vid. SANT RAMON DE PENYAFORT, *Summa de Paenitentia*, III, 34, 32. HUG DE SAINT VÍCTOR, *De quinque septenis* (PL 175, 405–410).

⁴¹. Vid. infra, cap. 5 de l'Estudi.

nisi forte participaverit in crimine criminoso, que tunc absolvi debet ab illo iudice a quo ille alius cuy ipse comunicavit venit absolvendus. Item queratur si observaverit sententiam prelatorum, qui si incidit in crimen inhobediencie debet absolvi cum iuramento. Item confiteri debet penitens si peccavit multum comedendo vel bibendo ante oram et post oram debitam. «Item peccavi pere malas et multas cogitaciones et consensus turpes. Item peccavi quare non ieiunavi, neque oravi, nec elemosinas dedi sicut debui. Item quare non dilexi proximum meum neque Deum sicut debui quare false nomen portavi Christi, cum eius opera non feci. Et falsum per nomen Christi iuravi. Item peccavi quia diem dominicam et alias festivitates non honoravi sicut debui neque custodivi. Peccavi per hec et alia precepta Domini quia ea violavi et mandata et consilia eius non servavi ut debuy. Et usus sum mulier propria illis diebus quibus non debuy, et eo modo quod non debuy». Similiter dicat mulier de viro». Item peccavi quare tempus meum perdiidi, quia cum deberem alica bona facere illa non feci et multa mala comisi. Item peccavi quare multa mala peccata recesserunt a memoria mea propter negligenciam meam», et in hoc casu debet penitenti quod inquirat diligenter et diu peccata oblita et Deus reducet ad memoriam eius peccata oblita vel misericorditer indulgebit. «Item peccavi quare /f. 11v/ Deus semper est paratus dare michi gratiam et vocare me ad penitentiam et ego tamquam ingratus et miser diu et multociens distuli. Item peccavi quia male confessus fui excusando me vel alleviando, vel falsum dicendo, vel multas circumstancias et peccata dimitendo. Item contempnendo peccavi et penitencias non observando. Item peccavi reiterando peccata tamquam ingratus et miser et peccavi multociens. Item ofendendo Deum post confessiones factas a me de preteritis peccatis. Item peccavi per superbiam et vanagloriam et invidiam et iram et tristicium et accidiam et cupiditatem et avariciam et negligenciam et omissionis et per rancorem et odium et malam voluntatem. Item peccavi abutendo iuribus anime et corporis et talentis michi commissis in corpore et anima et omnibus sensibus corporis et membris». Item, si taliter sicut dictum est nesciant penitentes dicere, sacerdos doceat eum ita dicere et debet dicere peccatorum numerum stimacionem sive credenciam suam si nescit in veritate, scilicet, cum quod mulieribus coniugatus vel meretricibus, vel cognatis vel consanguineis, vel infidelibus, vel virginibus, vel sancti monialibus peccavit. Quod vicibus peccavit dicat secundum credulitatem suam et ita videbit quantum dampnum animarum quare in unaquaquam vice duas animas perdidit et dedit diabolo. Et una anima plus valet quam celum et terram, quia Deus Pater Filium suum dedit pro ea, et faciat summa omnium peccatorum suorum si potest et frequenter ducat ad memoriam, vel in ecclesia, vel in lecto, vel in via, vel ailibi. Et sic poterit converti visa multitudine et enormitate peccatorum. Item debet interrogari penitens si penitet illum multum omnium peccatorum que confessus est. Et si habet voluntatem non peccandi de cetero mortaliter. Quia si habeat voluntatem potius est desisio quam penitencia illud quod facit. Item dicere debet sacerdos penitenti quod semper doleat de peccatis in corde que fecit, nec recedat ab ac penitencia interiori sicut nec Iesus

Christus descendit de cruce usque ad mortem. Et per hanc penitentiam et oris confessionem poterit evitare penas inferni. Per penitentiam autem quam sacerdos inponit potest evadere penam /f. 12R/ purgatori. Item sacerdos debet interrogari: episcopos, prelatos et clericos, reges, fabros, pelliparios, milites, mercatores, sutores et laboratores, mercenarios et servientes et nutrices et consilium si peccaverunt in officiis suis per simoniam, in dando vel recipiendo vel presentando vel mitendo, vel per omisionem vel per iniusticiam, vel per violenciam vel depredacionem et vanagloriam et iactanciam, vel per falsitatem, furtum, dolum et fraudem, vel per sacrilegium vel pigriciam et substraccionem rerum et murmuracionem et sophisticacionem, per infidelitatem et inhobedienciam et si aliquid scandalizaverit, vel ey honorosus vel molestus fuit et si aliorum culpas non reprehendit ut debuit et potuit, et si moleste receperit correccionem de peccatis suis. Et si desideravit quod Deus peccata sua nesciret aut punire nollet, aut non posset et ita dicta voluit esse insipientem, iniustum et inpotentem, et ita Deum non esse voluit. Item si murmuravit contra Deum de pluvia, de calore vel frigore, que omnia vite accepimus, set nos ad usum culpe convertimus.

Qualiter debet interrogari religiosus

Item a religioso si callide vel inportune licenciam a prelato suo inpetravit super eo quod sibi placebat dicere vel facere. Item si laboravit quantum potuit vel debuit. Item si propter multitudinem verborum obmisit contemplacionem Dey. Item queratur si dum tenuit silencium in ore, si occiosus fuit in corde, vel in opere quare magnum peccatum est ut dicit Bernardus.⁴² Item queratur si vicia virtutes esse simulaverit, ut crudelitatem esse iusticiam, dissolucionem nimiam esse pietatem, remissam signiciem mansuetudinem esse. Item queratur si finxit se quod non erat, et si velle quod volebat, et e converso et si aliquid dicebat ore et aliud in corde volebat. Et si sub humanam pellem vulpinam conscienciam abscondebat. Queratur si horavit sine devocione et legit sine hedificacione, vel predicavit sine circumspeccione et obedivit cum murmuracione vel disputacione et si in eo fuerit ficta confessio, rara conpuncio, animalis cogitacio, tepida conversacio. Item queratur si levis est et dissolutus, nec se corrigat, nec cavet peccatum in quo vel ipse cecidit vel alium cadere vidit. Et si de bono quod fecit excellenciam sive elacionem habuit et de omnibus et consilibus /f. 12v/ reddat se culpabilem et semper doleat de malis que fecit et de bonis que non fecit, proponat se corrigere et emendare et sic a Domino indulgenciam obtinebit.

De confessione infirmi et eius penitencia

Item si aliquis in infirmitate confiteatur, sacerdos non inponat ey peni-

⁴². *De modo bene vivendi*, c 51 (PL 184, 1272s). Cf. *Regula Benedicti*, 48.

tenciam. Set dicat ey tantam penitenciam iniungerem tibi si sanus esses demonstrata quanta. Set si moriaris ex hac infirmitate ego absolve te ex parte Dey de omnibus hiis peccatis que michi confessus es. Si vero sanitatem consequeris facies hanc penitenciam vel venias ad me et dicam tibi quid facere debes, set ad presens sufficiat quare non vactat nobis tempus ad scribendum plene de modo confitendi et interrogandi.

Sequitur confessio generalis de omnibus peccatis in generali

«Confiteor Deo et Beatissime sue matri, et omnibus sanctis, et tibi fratri quare multum peccavi, per visum, per auditum, videndo et audiendo multa vana et inania, que multum Deo displicebant. Item peccavi multum per linguam, dicendo multa mendacia et falsa periuria et vituperando et derridendo, et in videndo et cantando et inveniando et dicendo multa mala et vana et superflua. Item peccavi multum comedendo et multum bibendo, et multum parate et multum ardentem et ante oram, et post horam debitam. Item multum peccavi dormiendo quando non debebam, et ubi non debebam, et peccavi per malas cogitationes et per malas delectaciones et turpes, et per malos consensus. Item pater peccavi quare non geiunavi, neque oravi ut debui, neque elemosinas dedy. Item peccavi quare non dilexi omnes christianos sicut debueram et poteram, peccavi quare precepta Domini violavi et legem eius et mandata et consilia non servavi ut debebam. Item peccavi quare non confessus sum integre neque generaliter, neque circumstantialiter, neque a parte, simpliciter, humiliter, nec fideliter, neque frequenter, nec discrete, nec libenter, nec varaciter, neque gloriose, nec fortiter, nec accusanter, nec obedienter, nec plurimose sicut debebam. Neque nominavi peccata suis nominibus /f. 13R/ nec numeravi omnes vices in quibus miser ego peccavi, nec numeravi omnes illos et illas quos ego errare feci et qui per meam occasionem et per meam malignitatem peccaverunt. Et peccavi quare non confessus sum quociens debebam, neque fuy obediens prelatus meis, nec in penitenciis nec in aliis sicut debui. Item peccavi quare non accepi Corpus Christi quociens debebam, neque digne sicut debebam. Et peccavi quare forte accepi Corpus Christi in festis sine confessione. Item peccavi quia obmisi tempus meum in quo debebam cotidie Deo servire et bona multa facere, et feci multa mala et pauca bona, et peccavi quare multa peccata ceciderunt a memoria mea, et illa oblitus sum per negligenciam et multa feci que non credebam esse peccata et erant peccata. Item peccavi quare postquam Dominus duxit me ad penitenciam feci infinitas offensiones tamquam infidelis servus.⁴³ Et peccavi quare Dominus laboravit me adducere ad penitenciam et ego tamquam miser distuli. Item peccavi quare non servavi diem dominicam, neque festa, nec vigiliis, neque ieiunavi diebus quibus debebam. Et peccavi quia non honoravi parentes meos

43. Mt 24:45-51 i Lc 12:41-46.

temporales et spirituales. Neque parentes meos et alios christianos sicut debui, et peccavi quare locutus sum in ecclesia in tempore horarum verba quod non pertinebant ad Deum. Et ibi defixi oculos in mulieres et in homines quod non debebam, et in aliis locis peccavi quia forte locutus sum cum excommunicatis et non recolo. Item peccavi quia non recognosco me pro peccatore, neque ploravi peccata mea sicut debebam. Et peccavi quare fui contrarius voluntati Dei dicendo, quare pluvia erat mala, vel sol et ventus et tempus, cum omnia ista essent bona et Deus faceret illa. Item peccavi quare usus sum mulier propria in illis diebus quibus non debebam. Et peccavi quare tenui me pro peccatore et multociens mostravi me pro meliore quod non eram, et aliud tenebam in corde et aliud dicebam in ore. Et multociens dixi quod nolebam id quod volebam et dixi multociens affirmantem id de quo dubitabam, vel in quo ego debebam dubitare. Et per superbiam peccavi et voluntatem et rancorem et iram et triticiam et pigriciam et cupiditatem et negligenciam et per omnia membra et sensus corporis, et per omnia /f. 13v/ dona que Dominus michi dedit in corpore et anima, et de omnibus et aliis reddo me culpabilem. Et supplico humiliter Domino Iesu Christo quod ipse per misericordiam suam indulgeat michi et ducat me ad veram penitentiam et de hiis et de aliis non permitat me de cetero peccare, neque ipsum offendere. «Deinde dicat sacerdos: «Misereatur tui et cetera»⁴⁴ «Indulgenciam et remissionem».

De criminalibus peccatis rubrica

Item aliqua sunt peccata maiora de quibus debet confiteri sacerdote secreta, scilicet, de homicidiis, furtis, sacrilegiis et periuriis, falso testimonio, rapina, usura, de fraude et dolo, et fornicationibus et adulteriis, strupis, rapinis, et raptu et de pollutionibus que fiunt super naturam et contra naturam, et de auguriis et sortilegiis et divinacionibus et maleficiis, et de non datis decimis et primiciis, et de tabernis et daciis et ornatibus, cotidie debet quilibet peccator christianus omnia ista confiteri in oratione sua et recognoscere se peccatore de hiis petendo veniam, et postea debet confiteri sacerdoti suo, et sacerdos debet dicere ista secundum quod habet populum singulis diebus dominicis et festivis post missam et oblationes suas.

Sequitur cautela sacerdotes

Item cum penitens accesserit ad sacerdotem quicumque sit sacerdos iubeat flexu genu eum humiliari interrogando: «Quid petis?». «Penitentiam» et ille respondeat: «Omnipotens Deus det tibi veram penitentiam et remissionem peccatorum». Item dicat illi: «Tu credis in Deum, Patrem Omnipotentem, factorem

⁴⁴ Fòrmula ritual indicativa, i no deprecatòria, segons les disposicions del papa Benet XII (DS 1013). Cf. SANT TOMÁS D'AQUINO, *Summa Theologica*, III, q. 84, a. 3.

celi et terre». «Credo». «Item credis quod in eadem carne in que vivis debes resurgere et recipere sive bonum sive malum pro ut gecisti». «Credo». «Item vis dimittere qui in te peccaverunt», si non vult dimittere, sacerdos ey non proybeat penitenciam. Potestavi tamen sacerdos debet iniuncta penitencia quod ad vitam eternam minime prodest penitenti, nisi remittat iniuriam illis qui in eum peccaverunt. Valebunt tamen ey ad tria. Unde versus «Quae inmortalis fiunt: Dant bona terre, cor faciunt humile, minuunt tormenta Gehenne».

Et hic finis de penitenciis.

Deo Gracias.

CONFESSIONAL C

J H S

/f. 14R/ *Incipit suma brevis de cognoscendis peccatis et penitentiis iniungendis*

¹Gula est peccatum mortale, species sunt: castimargia, id est, nimia et superflua comestio et ebrietas.

Species eius sunt quinque

Prima est cum hora comedendi prevenit, 2^a cum nimis delicata cibaria preparat, 3^a quando nimis in quantitate de cibo sumit, 4^a quando nimis avidae vel ardentem cibum sumit, 5^a quando studiose mutat comestiones ad hoc ut plus comedat. Unde versus: pre, prope, laute, nimis, ardentem, studiose.

Octo sunt remedia contra gulam

Primum est sermo divinus cuius sumptio inducit oblivionem cibi temporalis. 2^{um} moderata occupatio. 3^{um} elongatio ab hiis que dant occasionem excedendi in cibo vel potu sicut est delectabilitas, vel varietas, nimietas ciborum. 4^{um} considerare qualis caro post mortem futura sit. 5^{um} meditatio eterne cene ad quam invitati sumus. 6^{um} consideratio malorum quae de excessu cibi et potus secuntur. 7^{um} consideratio paupertatis Christi in se et in membris suis. 8^{um} et ultimum remedium est, et summum, Dey gracia.

De luxuria

Luxuria peccatum mortale est cuius due sunt species: prima est luxuria corporis, secunda est luxuria cordis. Aliter dividitur in 5e species.² Prima est simplex fornicatio quam facit solutus cum soluta. 2^a est adulterium quod est alterius thori violatio. 4^a est incestus quod est consanguinearum vel afinium abusus. 5^a est peccatum detestabile contra naturam.

1. Fins al f. 16V l'exposició dels vicis i dels remeis que els vencen s'inspira en JOAN CASSIÀ, *Conlationes XXIV*, V, 7-11 (PL 49, 619s). També SANT GREGORI MAGNE, *Regula pastoralis*, III, 30 (PL 77, 111).

2. GRACIÀ, *Decretum*, C. XXXVI, q. I.

Sex sunt remedia contra luxuriam

Primum est fugere consorcia mulierum et eius verso. 2^m ut homo sibi substraat de cibo et potu. 3^m est mortis extrema cogitare. 4^m non presumere multum Dei. 5^m est temptatio resistere in principio. 6^m est ut proiciat se in aquam frigidam vel recurrat ad lacrimas et oraciones cum temptatur.

De avaricia

Avaricia peccatum mortale est, et est cupiditas in acquirendis indebite temporalibus. Avaricia vero in retinendis, unde dici servitus ydolorum.

/f. 14v/ De speciebus avaricie

Usura, rapina sive furtum, iniusta talia, fraus mercatorum, accepcio muneru, avaricia advocatorum, symonia, peccatum lusorum.

Hec sunt remedia contra avariciam

Primum est mortis consideracio, 2^m consideracio paupertatis dominice. 3^m consideracio periculi in quo sumus. 4^m consideracio misericordie que annexa est divitiis. 5^m est quod homo elonget se a cupidis et avaris et familiaris sit illis qui terena contempnunt. 6^m est consideracio eternarum diviciarum. 7^m est quod homo ponat fiduciam suam in Deo quod Deus neccessaria ei perbebit, si ipse ey servierit. 8^m est ultimum et sumum remedium est quod homo helemosinis et ordinibus aliis bonis modis quibus poterit gratiam Dey sibi impetret quae sola sufficit hominem liberare a laqueis cupiditatis et avaricia.

De accidia et speciebus eius

Accidia est peccatum mortale que est tedium boni faciendi. Sexdecim sunt vicia que pertinent ad accidiam. Primum est tepiditas que est pravus amor boni. 2^m est mollicies que est in paciencie rey dure. 3^m est sompnolencia. 4^m est occiositas. 5^m est dilacio penitencie. 6^m est tarditas que est quando tarde procedit quis in opere inquoato. 7^m est negligencia que est quando homo non curat qualiter opus incoatum utrum bene vel male set hoc solum curat ut ab honore laboris inquoati se expediat. 8^m est innesperancia que est quando quis opus quid inchoat ad perfeccionem non ducit.

9^m est remissio que est quando aliquis cotidie deterior efficitur. 10^m est dissolucio que est quando aliquis inveniens difficultatem in suy regimine se dimittit omnino absque gubernacione. 11^m est ignavia que est quando aliquis pocius eligit in miseria magna permanere quam aliquantulum laboris subire. 12^m est incuria que est quando aliquis suorum debitam curam non habet. 13^m est indevocio que est ariditas spiritualis. 14^m est tristicia in servicio Dey et est vicium in officio divino valde detestabile. 15^m est tedium vite quod provenit ex lingua tristicia in divino servicio. 16^m est desperacio quod provenit ex nimia tristicia.

De remediis contra peccatum desperacionis

/f. 15R/ Primum est memoria Dominice passionis. 2^m est consideracio magne

virtutis quam habet penitencia, est enim penitencia medicina contra quam nulla infirmitas spiritualis prevalet. 3^m est consideracio illarum personarum cum quibus Dominus legitur misericordie egisse, scilicet, cum muliere deprehensa in adulterio, cum latrone in cruce, cum beato Petro et beata Maria Magdalena,³ et cum multis aliis.

De remediis contra accidiam

Octo sunt remedia contra accidiam. Primum est diversitas occupationum. 2^m est consideracio future pene. 3^m est consideracio premii eterni. 4^m est societas honorum. 5^m est exemplum illius qui piger non fuit set exaltavit ut gigas ad currendam viam. 6^m est consideracio periculorum in quibus sumus in presenti. 7^m est fervor devocionis recolendo cotidie beneficia Dey. 8^m est gracia Dey que sola liberare potest hominem ab accidia.

De superbia

Superbia peccatum mortale est. Et dividitur⁴ in superbiam interiorem et exteriorem. Interior dividitur in superbiam intellectus et in superbiam affectus. Superbia intellectus 4^{or} species continet: Prima est quando aliquis credit habere bona sua a se. 2^a est quando aliquis credit habere bona sua a deo set pro meritis suis. 3^a est quando quis credit habere bonum quod non habet. 4^a est quando aliquis in oppinione sua profer se aliis, unde versus: ex se, promeritis, falso, plus omnibus, inflant. Superbia affectus habet duas species: scilicet, presumptionem et appetitum, propie excellencie. Exterior superbia habet istas species: Est enim superbia oris et narium et oculorum, colli vel cervicis, aliorum membrorum, ornatus, erubescencia mala, malicia, yrrisorum, irreverencia, inobediencia, inanis gloria, yprocrisis.

De XII^m gradus superbie⁵

Primum est curiositas, 2^m est levitas. 3^{us} inanis leticia. 4^{us} iactancia in multiloquio. 5^{us} singularitas. 6^{us} arrogancia. 7^{us} presumpcio. 8^{us} defensio peccati. 9^{us} simulata confessio. 10^{us} rebellio. 11^{us} libertas peccandi. 12^{us} consuetudo peccandi.

De remediis contra superbiam

Primum est consideracio melioris status ut se humiliet et exaltabit /ff. 15v/

3. Mt 26:69-75; Mc 14:66-72; Lc 22:55-62; Jo 18:12-27. Act 8:3 i 9:1-2. Mc 16:9; Lc 8:1-3. Lc 23:39-43. Jo 8:1-11.

4. Cf. SANT GREGORI MAGNE, *Moralia in Iob*, XXIII, 6 (PL 76, 258).

5. SANT BERNAT DE CLARAVALL, *De gradus humilitatis*, 10 (PL 182, 957).

2^m est cohabitatio humilium. 3^m est consideracio vitalitatis corporis quare in conceptione est vile sperma in fine cibus vermium. 4^m exemplum Christi qui fuit humilis. 5^m est consideracio vilis servitutis in qua est homo superbus quare servus est diaboli. 6^m est consideracio districti iudicii que spiritualiter ad humilitatem superborum. 7^m est miseria huius mundi. 8^m est consideracio infirmitatis que in nobis est tam ex parte anime quam ex parte corporis. Ex parte anime adeo infirmi sumus ut nec levi cogitatione pussimus resistere, nec modicum verbum sustinere. Ex parte corporis adeo infirmi sumus ut nec pulcibus possimus sustinere.

De Invidia et speciebus eius

Invidia peccatum mortale est. Species invidie due sunt: exaltacio in adversis proximi, tristicia in prosperis proximi.

De remediis contra invidiam

Remedia contra invidiam sunt 4^{or}. Primum est quod homo ponat suum amorem in illis rebus sive bonis que possunt haberi a multis, scilicet, in celestibus. 2^m est meditacio eorum que suaderent nobis fraternam dileccionem, scilicet, fraternitas naturalis que est inter homines christianos et societas spiritualis que inter fideles est, et quare Christus est capud nostrum et nos membra ipsius. 3^m est meditacio eorum que valent ad contemptum propie excellencie quare est homo fragilis cito moriturus in morte et vita penam pro factis recepturus. 4^m est consideracio de amaritudinis que invidiam comittatur.

De yra

Ira peccatum mortale est, intellige hoc per yram a parentum vindicte que hodium dicitur.

De viciis procedentibus ex yra

Ex yra procedunt: lis, guerra, incendia, homicidia, iniectio manum iniustarum, rapina.

Tria sunt remedia contra yram alienam

Primum est mollis responsio. 2^m est silencium. 3^m beneficium.

De remediis contra yram propiam

/f. 16R/ Octo sunt remedia contra yram propiam. Primum est consideracio pascencie Dominice passionis. 2^m est silencium. 3^m est consideracio divine ordinationis nullum enim malum pene potest inferri nobis nisi divina ordinacio. 4^m est considerare utilitatem quam habet tribulacio que tolleratur in presenti quam in futuro. 5^m consideracio status in quo est in iniurias, insanus est enim. 6^m est consideracio propiorum defectum facilius enim poterat aliquis defectus alienos quando ipse suos defectus cognoscit. 7^m est consideracio finis nostre,

scilicet, mortis et eorum que post mortem secuntur. 8^m est consideracio propie impotentie: multi sunt qui volunt se vindicari de ipsis qui eis male faciunt qui non possunt defendere a muscis et a pulcibus.

*De XXIII^{or} peccatis lingue*⁶

Viginti quatuor sunt peccata lingue, scilicet, blasfemia, peccatum murmuris, peccati defensio, periurium, mendacium, detraccio, adulacio, malediccio, convicium, contencio, honorum derisio, pravum consilium, peccatum seminantium discordias, peccatum bilinguium, timor, jactancia, secreti revelacio, indiscreta cominacio. Indiscreta promissio, occiosum verbum, multiloquium, turpiloquium, scurrilitas, indiscreta taciturnitas.

De remediis contra peccatum lingue

Octo sunt remedia contra peccatum lingue: primum est consideracio periculi que est in loquendo quare demones hostes nostri porte, id est, ori insidiantur. 2^m est consideracio tam nobilitatis quam utilitatis lingue cum sit preceteris membris divinis laudibus et divino officio deputata. 3^m est quod homo contra portam oris quasi quasdam guerras faciat, scilicet, posita firma declinandi personas illas cum quibus peccare solebat in lingua, vel loca illa quibus solet habere occasionem peccandi in lingua. 4^m est quod homo loquitur rare. 5^m est quod homo pauca loquitur. 6^m est tarditas in loquendo, scilicet, quod non loquitur nisi cum deliberacione. 7^m est quod homo orando linguam suam Deo comendet. 8^m est silentium claustralium.

*Hec est alia brevis notificacio viciorum. De gula*⁷

/f. 16v/ Est alia brevis notificacio viciorum⁸ de ventris in gluvie propter agantur quinque vicia videlicet. Inenepa leticia, scurrilitas, immundicia, multiloquium, ebetudo sensuum circa intelligenciam.

De luxuria

De luxuria generantur octo, scilicet, cecitas mentis, inconsideracio, inconstancia, precipitacio, amor sui, odium Dey, affectus presentis seculi, orror vel desperacio futuri.

6. Cf. *Cercapou*, I, 76. *Espill de consciència*, 87ls.

7. El copista repeteix com a epígraf l'encapsalament del foli següent: «Hec est alia brevis notificatio viciorum», i «De gula» enlloc de «De ventris ingluvie».

8. SANT GREGORI MAGNE, *Moralia in Iob*, XXXI, 45 (PL 76, 621). Citat també per SANT RAMON DE PENYAFORT, *Summa de Paenitentia*, III, 34, 33.

De avaricia

De avaricia nascuntur sex, scilicet, fraus, fallacia, periurium, inquietudo et contra misericordiam cordis obduracio.

De accidia

De accidia oriuntur sex, scilicet, malicia, rancor, pusillanimitas, desperacio, torpor erga precepta, vagacio mentis cirqua illicita.

De superbia

De superbia oriuntur VII^m, scilicet, inobediencia, jactancia, ypocrisis, contencio, pertinacia, discordia, novitatum presumcio, et inanis gloria.

De invidia

De invidia nascuntur quinque, scilicet, odium, susurracio, detraccio, exultacio in adversis proximi, afflictio in prosperis proximi.

De yra

De yra nascuntur sex, scilicet, rixa, tumor mentis, contumelie, clarmor, indignacio, blasfemie.

*Sequitur videre que sunt peccata mortalia et que venia. Augustinus XXV Dei, capitulo alias eadenum*⁹

Ibi dicit istud quanvis Apostolus, plura capitula conmemoret nos tamen ne desperacionem facere videamus breviter, dicemus illa que sunt videlicet: sacrilegium, omicidium, adulterium, fornicacio, falsum testimonium, rapina, furtum, superbia, invidia, avaricia, et si longo tempore teneatur iracundia, ebrietas. Et quicumque venit /f. 17R/ conta decem precepta legis vel aliquid eorum peccat mortaliter. Et infra subditur. Que autem sint minuta peccata, licet, omnibus nota sint tamen quia longum est ut omnia explicantur opus est ut ex eis aliqua nominetur. Quociens aliquis plus accipit in cibo vel potu quam necessitate est ad minuta peccata noverit penitere. Quociens plus loquitur quam oportet plus tacet quam expedit. Quociens pauperem importune petentem exasperat. Quociens cum sit corpore sanus aliis ieiunantibus prandere voluerit aut sompno deditus tardius ad ecclesiam surgit. Quociens excepto desiderio filiorum uxorem suam cognoverit. Quociens in carcere positos tarde requisierit. Quociens infirmos tarde visitaverit. Si discordes ad concordiam revocare neclexerit. Si plus proximum aut uxorem aut filium aut servum exasperaverit quam oportet. Si amplius fuit blanditus quam debet. Si cuicumque persone maiori aut ex voluntate aut ac

9. Referència probable a SANT AGUSTÍ, *De Civitate Dei*, XIV, llibre centrat en el pecat i les passions. Vid. GRACIÀ, *Decretum*, D. XXV, c. 3.

neccessitate adulare voluerit. Si pauperibus esurientibus nimium deliciosa vel subtuosa convivia preparaverit. Si se in ecclesia aut extra ecclesiam fabulis occiosis de quibus in die iudicii reddenda est ratio occupavit. Si dum iocantes et incaute juramus et cum per aliquam neccessitatem implere non potuerimus utique periuremus et cum omni difficultate sut temeritate maledicimus quem scriptus est neque maledici regnum Dei possidebunt.

Beatus Paulus enumerat peccata mortalia in epistola ad Romanos¹⁰ in fine, scilicet, peccatum contra naturam, homines repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, avaricia, nequicia, plenos invidia, homicidiis, contencione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores, malorum, parentibus non obeditores, insipientes, inconpositos, sine affectione absque federe, sine misericordia.

Idem Apostolus ad Galatas V⁹ capitulo in fine dicit: «manifesta autem sunt opera carnis, que sunt ista que secuntur: fornicacio, invidia, impudicia, luxuria, ydolorum servicius, veneficia, inimicia, contenciones, emulaciones, ire, rixe, dissensiones, secte, invidie, omicidia, ebrietas, comessaciones et huius filiam que predico vobis sicut predixi quem qui talia agunt regnum Dey non consequuntur».¹¹

/f. 17v/ Sequitur de interrogacionibus in penitencia faciendis et primo de preceptis

Primum preceptum est: «Non habebis deos alienos coram me».¹² Queratur si yvit ad adevinos, sortilegos vel sortilegas, si inspexit augurias, strenutaciones, obviaciones vel sompnia, si proiecit prunas causa sanitatis, si proiecit plumbum ut cognosceret de futuris, si fecit setillos vel vel aliqua maleficia, si paravit circulum vel intravit circulum in quo audiuntur demoniorum responsa. Si ligavit homines vel mulieres per maleficium ne coyre possent. Si fecit experimenta quibus acquireret mulieres ad coytum. Sy fecit incantaciones vel coniuraciones intronittendo se scire aliquid de futuris.

Secundum preceptum est: «Non assumes nomen Dey tui in vanum».¹³ Queratur si iuravit falsum, si contra iuramentum quod fecit scienter venit, si contra homagium fidelitatem vel promissionem mentitus est.

Tercium preceptum est: «Memento ut diem sabbati sanctifices».¹⁴ Queratur si diebus Dominicis festivis operatus est artificio suo, si ludis turpibus se miscuit. Si tabernas frequentavit, si miscuit se tripudiis vel coreis. Set quare hoc preceptum pertinet ad Spiritum Sanctum recte ponuntur hic tria peccata que sunt contra Spiritum Sanctum de quibus dicitur in Evangelio: «Qui peccat in Patrem remittetur

10. Rm 1:28-31.

11. Gal 5:19-21.

12. Ex 20:3-6.

13. Ex 20:7.

14. Ex 20:8.

ey, qui peccat in Filium remittetur ey, qui peccat in Spiritum Sanctum non remittetur ey nunquam in hoc seculo, neque in futuro»,¹⁵ peccata illa sunt V^o: presumpcio, desperacio, inpugnacio agnite veritatis, inpugnacio fraterne societatis, finalis inpenitencia.

Quartum preceptum est: «Honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longuius super terram».¹⁶ Queratur si maledixit patri vel matri, si percussit patrem vel matrem. Si parentes quocumque modo vilipendit, si verbo irreverenter eos tractavit. Si tempore necessitatis benefica eis sustraxit, si excommunicatione patris spiritualis contempsit, si eis in locis non obedivit.

Quintum preceptum est: «Non occides».¹⁷ Queratur si occidit aliquem armis, herbis vel pocionibus, si precepit quod aliquis occideretur, si prestitit auxilium quod aliquis occideretur, si tenet odium contra aliquem, si detrahit alicui, si retro de aliquo malum dicit.

Sextum preceptum est: «Non meccaberis».¹⁸ Queratur si cubuit cum aliqua vel aliquibus. Si erat soluta, virgo, coniungata, consanguinea vel afi-/f. 18R/nis aut erat religiosa. Item quanto tempore mansit in peccato. Item quod vicibus peccatum illud comissit. Si fuit interpres vel mediator vel mediatrix. Si comedit aliqua incentiva vel bibit multum ut plus officium luxurie exercet.

De pollucione nocturna si accidit propter ebrietatem vel propter premeditationem. Si concubuit cum menstruata.

Queratur a mulieribus si se ornauerunt vel affaytaverunt. Si per vicos et plateas et in ianuis vel fenestris se ostenderunt conspectiuis hominum ut eos diligenter, si verba luxuriosa vel turpia protulerunt, si coreas duxerunt ut viderentur et diligenter, si cantaverunt cantilenas vel responderunt.

Septimum preceptum est: «Non furtum facias».¹⁹ Queratur si comedit de re furtiva, si per vim aliquid abstulit, si comodavit ad usuram, si per baratam vel alium modum plus recepit quam dedit, si sacrilegium vel furtum rey sacre comissit, si decimas vel primicias retinuit, si beneficium vel dignitatem vel ordinem per peccuniam obtinuit, si talias iniustas vel colonias indebitas a subditis extorsit. Si mercator est, si pondera vel mensuras iniustas tenet, si causi dicus a clienculo plus debito extorsit. Si religiosus tenet propium. Si lusor est retinere non debet quid ad aleas adquisivit.

Octavum preceptum est: «Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium».²⁰ Queratur si contra proximum falsum testimonium dixit, si occulta mala proximi publicavit, si audita cum augmetno retulit, si crimina falsa inposuit, si bona occulta negavit, si bona manifesta minuit, si bona in mala convertit.

15. Mt 12:31.

16. Ex 20:12.

17. Ex 20:13.

18. Ex 20:14.

19. Ex 20:15.

20. Ex 20:16.

Nonum preceptum est: «Non concupisces uxori proximi tui». ²¹ Istud preceptum ampliavit Dominus in Evangelio Beati Mathey, v^o, dicens: «Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam meccatus est in corde suo». ²² Queratur si concupivit aliquam mulierem et mulier si concupivit aliquem virum.

Decimum preceptum est: «Non concupisces rem proximi tui». ²³ Hic probyet non solum manum vel animam.

De gula queratur si se ingurgitavit, si asidue inebriatur.

De accidia queratur si frequentat ecclesiam, si horas solvit vel oraciones /f. 18v/ dicit, si Verbum Dei libenter audit, si sompnolentus est, si occiosus est, si negligens est.

De superbia queratur si est letigiosus vel contenciosus, si dehonestat alios, si percutit alios, si percussit clericum, si est irrisor, si est irreverens maioribus, si est inobediens prelatus, si temptatur de inani gloria, si est ypocrita, si est curiosus, si est levis in moribus, si est arrogans, si est presumptuosus.

De invidia queratur si exaltavit in adversis proximi. Si tristatus fuerit in prosperis proximi.

De ira queratur si diu remansit in ira, si est in guerra cum aliquo, si incendit domos, messes vel ecclesias, si fecit votum peregrinationes vel ieiunii, si fecit votum quod intraret ordinem.

De casibus mittuntur ad episcopum et ad papam. Retulit in causis. Qualiter sacerdos se debet habere ad confitentem et que penitencia est iniungenda criminibus

Audita confessione consideranda est persone qualitas, si confitens in dignitate vel sine dignitate, dives vel pauper, dominus vel serviens, senex vel iuvenis, vir vel mulier, que cum sint penitencie arbitrarie secundum persone qualitatem est discrete penitencia iniungenda. Nota quod pro periurio, adulterio, fornicacione, omicidio voluntario, et de ceteris criminalibus vicis septembris penitencia est imponenda ut XXII causa «Predicandum» et XXIII^a, causa II «Hoc ipsum» ²⁴ et hoc quamquam ab ista regula excipiuntur multi casus. Nam presbiter si fecerit fornicacionem debet agere penitenciam decem annorum secundum formam traditam. LXXXII. Dicitur «Presbiter» ²⁵ quod intelliguntur quidam de simplici fornicacione. Alii et forte verius de adulterio et incestu, quare cognovit coniugatam, consanneam vel afinem. Item si pater cognovit filiam suam spiritualem quam babtizavit vel de sacro fonte suscepit vel qui peccata sibi

21. Ex 20:17.

22. Mt 5:28.

23. Ex 20:17.

24. GRACIÀ, *Decretum*. C. XXII, q. 1, c. 17 i c. XXXIII, q. 2, c. 11.

25. *Ibid.*, D. LXXXII.

confessa fuerint debet agere penitenciam XII annos et eciam deponi si crimen est manifestus, notatis haec, XXX causa I «Si quis sacerdos». ²⁶ Si episcopus est peniteat XV annis. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere et res suas pauperibus tradere et conversa in monasterio Deo usque ad mortem servire.

/f. 19R/ Item qui cognovit moniale agat penitenciam X annorum et ipse similiter secundum formam ponitam XXVII causa I «De filia devota». ²⁷ Item peccatum contra naturam gravius est quam alia crimina, XXXII causa V, «Adulteri malum» ²⁸ et ideo maior penitencia est imponenda. Item qui matrem suam interfecit debet penitere X annis secundum formam ponitam XXX causa, «Latorem». ²⁹ Item qui uxori interfecit debet agere penitenciam que traditur XXXIII causa, «Admonere». ³⁰ Item pro homicidio casuali est imponenda penitencia V annorum si culpa processit, alias nulla nisi forte ad cautellam, «Lex Dei», «Hos vero» et duobus casibus sequentibus. ³¹ Item si pater vel mater collocaverunt filium vel filiam negligenter in lecto et mane invenerint mortuum vel mortuam penitencia trium annorum facere debent extra de hiis qui filios occiderunt et de infantibus, libro quinto. Item si quis violat ecclesiam crisma et calicem sacrum pollutis manibus arripit et siliam enorma sacrilegii comitit, agat penitenciam VII annorum sicut habetur XII causa, II «De viro nefando». ³² Item si stilla sanguis cadit super terram vel tabula vel altare vel pallas altaris quid agendum sit tam de penitencia quam de stilla, docemur ex decreto Pii pape, cuius verba sunt hec: «Si per negligenciam aliquid de sanguine stillaverit in terram lingua lambatur tabula raddatur. Si non fuerit tabula ut non conculcetur locus abradeatur et igne consumatur et cinis intra altare condatur et sacerdos: XL^a diebus peniteat. Si super altare stillaverit sorbat minister stillam et tribus diebus peniteat, scilicet, super linteum altaris et ad aliud stilla pervenerit III^{or} diebus peniteat. Si usque ad III^{um} IX diebus. Si usque ad III^{um} XXX diebus peniteat et linteaminam que tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat calice subter posito et aqua ablucionis sumatur et iuxta altare recondatur «hec habentur» «De consecratione», II^a, «Si per negligenciam». ³³ De illo qui evomit eucaristiam vel verius species docemur ex penitenciali Bedi presbiteri dicentes: «Si quis per ebrietatem vel voracitatem eucaristiam evomerit: XL diebus peniteat, si laycus fuerit; Clerici vel monachi seu diachoni, presbiteri LXX^a diebus peniteant. Episcopi XC diebus peniteant. Si pro infirmitatis causa /f. 19v/ evomerit VII diebus peniteat «hec habentur» «De

26. Ibid., C. XXX, q. 1, c. 9.

27. Ibid., C. XXVII, q. 1, c. 26.

28. Ibid., C. XXXII, q. 7, c. 11.

29. Ibid., C. XXX, q. 2, c. 15.

30. Ibid., C. XXXIII, q. 2, c. 8.

31. Ibid., C. XXII, q. 2, c. 18 i C. XXXII, q. 7, c. 22.

32. Ibid., C. XXII, q. 2, c. 17.

33. Ibid., *De consecratione*, D. II, c. 27.

consecratione» Dist. II^a, «Si quis per ebrietatem».³⁴ Item qui blasphemiam dixerit publice contra Deum vel contra Beatam Virginem gloriosam vel contra aliquen sanctorum per episcopum suum penitencie subdatur inferius annotata videlicet ut VII dominicis per foribus ecclesie in manifesto dum agatur missarum sollempnia, blasphemus existens ultimo illorum die dominico pallium et calciamenta non habebat, ligatus corrigia circa collum VII precedentibus, VI feriis ieiunet in pane et aqua ecclesiam nullatenus ingressurus, quolibet ipsorum dierum predictorum tres si poterit alioquin duos reficiat pauperes sive unum et nec ad hoc eius suspectant facultates in penam aliam committetur. Qui se renuerit recipe ac per agere penitentiam supradictam ecclesie interdictura ingressus, et in obitum ecclesia sancta sepultura per temporalem potestatem eciam puniatur.

Hic docet que penitencia sit imponenda

Viso pro quolibet crimine que sit penitencia imponenda secundum qualitatem persone iniunge penitentiam in hiis tribus,³⁵ scilicet, in helemosinis, ieiuniis et oracionibus et corriges penitentem ne redat ad peccata que comissit nec ad alia simfiliam et quod abstineat se et fugiat a personis et a locis cum quibus et in quibus consuevit perpetrare peccata et quod sic deploret peccata precedentia quod plangenda ulterius non committat et expone sibi remedia que scripta sunt superius contra quolibet crimen ad hoc ut faciat melius precavere. Sciendum est tamen quod³⁶ crimina quaedam sunt que predictam penitentiam, non delentur videlicet si fecerit furtum, si comedit de re furtiva, si per vim aliud rapuerit, si usurarius fuerit, si per baratam vel alium modum plus recepit quam dedit. Si sacrilegium comisit. Si decimas vel primicias retinuit. Si talias iniustas vel colonias indebitas extorsit. Si per iniusta pondera vel iniustas mensuras aliquid adquisivit. Si advocatus a clienculo plus debito extorsit. Si religiosus propium quod tenet non renunciat in manu abbatis vel prioris. Si lusor non restituit quod in ludo vel in alea adquisivit. Si simoniacus non restituit peccuniam quam recepit et qui simoniace adquisivit beneficium ey non renunciat. Isti omnes et quicumque detinent aliud vel adquisierint iniuste /f. 20R/ nisi restituant quod iniuste obtinent vel adquisierint iniuste salvari non possunt nec veram penitentiam facere possunt. XIII causa VI «Si res».³⁷ Ista restitucio facienda est domino cuius fuit vel successoribus suis si modo aliquo sciri vel inbeniri possunt, si vero non inveniuntur tunc de consilio confessoris detur in piis locis. Decime vero debent reddi in ecclesiis cuius sunt. Si vero quod restituere debeat ut dictum est quis

34. Ibid., *De consecratione*, D. II, c. 28. Aquesta citació i l'anterior cf. SANT RAMON DE PENYAFORT, *Summa de Paenitentia*, III, 34, 46.

35. Cf. Ibid., III, 34, 36.

36. Cf. Ibid., III, 34, 49.

37. GRACIA *Decretum*, C. XIV, q. 6, c. 1.

dederit pauperibus vel religiosis vel aliis piis locis non absolvantur set tenentur nilominus ad restitutionem extra de decimis, tua nobis, pretextu et de iure iurando te credimus et de omicidio sicut dignum eos in super Pandecte «de constituta peccunia»³⁸ si vero mihi et Pandecte «de solucionibus»³⁹ non procuratori et «de condicione indebiti», in suma in fine et qui scienter talem restitutionem recipit furtum committit Pandecte «de furtus» et falsus I.⁴⁰

Hic docet de oris clericorum

Clericus qui dimissit horas debet eas emendare in horis duplicatis vel in psalteriis recitatis cum sit debitum et pensum idem tributum set virtutis extra de causa IIII Codex I et argumentum «De prebendis».⁴¹ Cum secundum Apostolum qui promisit votum peregrinationis vel ieiunii et non solvet tenetur ad restitutionem extra de verbo et voti redemptio libet universis. Si vero propter infirmitatem vel senectutem vel paupertatem illud adimplere non poterit, episcopus potest in opus aliud quod plus Deo placeat commutare, extra de verbo et voti redemptio capitulo penultimo.

Hic docet qualiter restitucio est facienda

Nota quod qui habet unde solvat statim restituere debet quod det illi cui fecit iniuriam alias interdicitur ey ne recipiat Corpus Christi cum non possit veram penitenciam agere set simulatam XIII^a caua «Si res»⁴² ubi dicitur: «Si res aiena reddi potest et non redditur, penitencia non agitur set simulatur». Ex quo decreto a contrario sensu evidenter colligitur quod pauper qui non potest restituere iniurias quas fecit, veram penitenciam potest iniuncto sibi quod si ad pinguiore fortunam venerit restituet quid poterit, scilicet, partem vel totum extra de solucionibus oppinio dare oportet arduus, quare inanis est accio quam inopia debitoris excludit. Pandecte «de dolo»⁴³ nominis et extra restitucione, spoli, olim et qui nichil habet nil restituere potest ut I causa VII. Diabertum eius periculum nil est Pandecte «de furtus»⁴⁴ ita quod fullo in principio /f. 20v/ quare pauper qui non habeat unde valeat suas iniurias emendare potest recipere Corpus Christi et veram penitenciam agere de comissis. Admonendi sunt divites ut largas helemosinas faciant, mediocres vel iuxta possibilitatem, pauperes ut gracias Deo referant qui paupertatem eis dedit et rogent Deum instanter pro benefactoribus eorundem. Si confitens noluerit rancorem dimittere illis quos odit, non absolvatur

38. *Digestorum*, XII, V.

39. *Ibid.*, XLVI, III i XII, VI.

40. *Ibid.*, XLVII, II.

41. *Codex*, IV, I.

42. GRACIA, *Decretum*, C. XIV, q. 6, c. I.

43. *Digestorum*, IV, III.

44. *Ibid.*, XLVII, II.

nec detur ey Corpus Christi et similiter de aliis peccatis de quibus voluerit in posterum abstinere quare «penitentia est preterita mala plangere et plangenda iterum non comittere»⁴⁵ et ille penitentiam veram digne agit qui sic preterita deplorat ut futura iterum non comittat. «Nam qui plangit peccatum et iterum amittit peccatum, quasi quis lavet laterem crudum, qui quanto magis abluit tanto magis lutum facit»;⁴⁶ De penitencia D. III «Productior est»,⁴⁷ Augustinus: «Qui ad missa plangit, nec tamen deserit, pene graviori se subicit ibidem».⁴⁸

Absolutio peccatorum

Ultimo iniuncta penitencia peccatori in helemosinis, ieiuniis et oracionibus⁴⁹ faciat confessionem generalem dicens: «Ego peccator, et cetera» et sacerdos dicat: «Misereatur tui et cetera», «Indulgentiam et cetera», «Auctoritate Domini Nostri Ihesu Christi et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et mihi comissa absolvo te a vinculo excommunicationis maioris si forte incurristi. Item eadem auctoritate ego te absolvo de omnibus peccatis tuis inconfessis, constrictis et oblitis, de quibus intendis confiteri si in memoriam reduceres et reduco te sacramentis ecclesie, in nomine Patri et Filii et Spiritui Sancti. Amen. Et si quid minus iniunxi remitto te ad penas purgatorii».

*Absolutio pro illis qui habent privilegium absolucionis apostolica et culpa a sede apostolica*⁵⁰

«Auctoritate Domini Nostri Ihesu Christi et Apostolorum Petri et Pauli et auctoritate domini nostri Summi pontificis ad qui claves ecclesie se extendunt, mihi in hac parte comissa, ego te absolvo ab omni vinculo excommunicationis maioris et minoris et restituo te sacramentis ecclesie et dispenseo tecum in irregularitatem si quam contraxisti. Iterum eadem auctoritate, ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis inconfessis tam in speciali quam in generali et /f. 21R/ oblitis. Absolvo te et cetera a penis in purgatorio debitis, propter culpas et offensas quas contra Deum et te ipsum comisisti. Iterum eadem auctoritatem ego te reduco ad statum innocencie in quo eras quando exivisti de fontibus baptismi et incontinenti remitto te ad gloriam Paradisi secundum tenorem privilegii a Sede Apostolica tibi indulti, In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen», «Quod in hanc plenam indulgentiam et remissionem iuxta dicti privilegii tenorem intendo nunc tibi fore

45. SANT AMBRÓS, *De paenitentia*, II, 11 (PL 16, 543). També citat per sant Gregori Magne i per Gracià.

46. *Liber de modo bene vivendi*, 27 (PL 184, 1247).

47. GRACIÀ, *De paenitentia*, D. III, 7.

48. *Ibid.*, D. III, c. 14. Però no és de Sant Agustí sinó de SANT GREGORI MAGNE, *Regula pastoralis*, III, 31.

49. Cf. SANT RAMON DE PENYAFORT, *Summa de Paenitentia*, III, 34, 36.

50. Cf. PERE LOMBARD, *IV Sententiarum*, lib. IV, dist. 18, c. 6.

concessam et collata, si in articulo mortis existas et de presenti infirmitate discedas alioquin misericordia Dey hac gracia sit tibi salva cum fueris in mortis articulo constitutus». Quando aliquis excommunicatus voluerit se absolvi absolucionem. Retulit antea in causis rubrica «de excommunicacionis».⁵¹

/f. 21R A/ *Septem sacramenta ecclesie*⁵²

habtismus	Claritas
confirmacio	Agilitas
penitencia	Cognicio
eucaristia	Apprehensio
coniugium	ffruicio.

Ordo sacerdotalis

extremauncio

Versus: Abluo, firmo

cibo, piget

ordinor, uxor

ungor.

*Septem beatitudines*⁵⁶

Paupertas

Mansuetudo

Luctus

Iusticia

Misericordia

Mundicia

Pax.

*Tres virtutes teologales*⁵³

Spes

Fides

Caritas.

/f. 21v A/*Septem dona Spiritus*⁵⁷

Timor

Pietas

Sciencia

Fortitudo

Consilium

Intellectus

Sapiencia.

*Quatuor virtutes cardinales*⁵⁴

Iusticia

Prudencia

Fortitudo

Temperancia.

/f. 21R B/*Septem dotes corporis et anime*⁵⁵

Inmortalitas

Inpassibilitas

Gaudia paradisi

Vita sine morte

Iuventus sine senectute

51. GRACIA, *Decretum*, C. XXIV, q. 3. c. 15.

52. Per als diversos septenaris vid. HUG DE SANT VICTOR, *De quinque sententis*, (PL 175, 405-410). El dels sagraments fôu fixat pel II Concili de Lió (DS 860) en la «Professio fidei Michaelis Paleologi imperatoris».

53. 1 Tes. 1: 3 i 1 Cor 13: 13.

54. Cfr. següent Plató i Aristótil, SANT AMBRÓS *De sacramentis*, III, 2 o SANT TOMAS D'AQUINO, *Summa Theologica*, II^a-II^a, q. 32, a. 2.

55. Cfr. SANT TOMAS D'AQUINO, *Summa Theologica*, III, q. 45, a. 1-3.

56. Mt 5: 3-12.

57. Is 11: 2-3.

Sanitas sine infirmitatis
 Requies sine labore
 Delectacio sine fastidio
 Gaudium sine tristitia
 Lux sine tenebris
 Amor sine odio
 Voluntas sine contradiccione.

*Vita activa consistit in Villem*⁵⁸
operibus misericordie

Visitare infirmos et pupillos
 Dare cibum pauperibus
 Dare potum sicientibus
 Coprire nudos
 Ad incarceratos venire vel succurrere
 Hospitem colligere
 Pauperes defuntos sepellire.
 Versus: Visito, poto, cibo, tego, solvo,
 colligo, condo.

Vita contemplativa consistin in Illibus

In oracione
 In meditacione
 In leccione que sit in silencio.

/f. 21v B/*Decem precepta*⁵⁹

Non habebis deos alienos
 Non assumens nomen Dey tui in
 vanum
 Memento ut diem sabbati sanctifices
 Honora patrem tuum et matrem tuam
 Non occides
 Non furtum facies
 Non meaberis
 Non loqueris contra proximum falsum
 testimonium
 Non desiderabis uxorem proximi tui

Non concupisces rem proximi tuy.
 Versus: Sperne deos, fugito periuria
 Sabbata serva, sit tibi patris honor
 Sit tibi matris amor, non sis occisor
 fur, mecus, testis iniquus, vicinique
 thorum. Rebusque caveto suas

Septem peccata mortalia

Superbia
 Invidia
 Ira
 Avaricia
 Luxuria
 Gula
 Accidia.

*Tria faciunt hominem religiosum*⁶⁰

Pauca velle
 Pauca loqui
 Multum orare.

/f. 22R A/*Pene inferni*

Frigus incomparabilis
 Ignis inextinguibilis
 ffetor intollerabilis
 ffames et sitis inextinguibilis
 Vermes inmortales
 Tenebre palpabiles
 fflagella cedencium
 Confussio peccatorum
 Desperacio omnium bonorum.

*Villem opera misericordie spiritualid*⁶¹

Docere ignorantem
 Consulere dubitantem
 Consolare tristem
 Corrigere peccantem

58. Crf. SANT TOMÁS D'AQUINO, *Summa Theologica*, II^a-II, q. 32, a. 2.

59. Ex 20: 1-17

60. Crf. PROV 30: 18.21.29.

61. Crf. SANT TOMÁS D'AQUINO, *Summa Theologica*, II^a-II, q. 32, a. 2.

Remittere offendenti	2 ^a rane que eciam ascendebant mensas
Portare onerosos et graves	3 ^a pulices in oculis
Et pro omnibus orare.	4 ^a musce multe
Versus: Doce, consule, solare, castiga,	5 ^a mors pecudum
remitte, fer, ora.	6 ^a pustelle in vessica
	7 ^a grandio
<i>Decem plage Egipti</i> ⁶²	8 ^a locusta et brucus
Prima fuit conversio aquarum in	9 ^a tenebre palpabiles per IIII dies
sanguinem	Decima mors primogenitorum.

Articuli fidey considerantur dupliciter. Uno modo in se et radicaliter et sic sunt XIIIIm septem pertinentes ad divinitatem et septem ad humanitatem

/f. 22R B/ *Septem pertinentes ad divinitatem*⁶³

Primis credo in Deum
 2us credo Patrem Omnipotentem
 3us et in Iehsum Christum Filium eius
 4us credo in Spiritum Sanctum
 5us credo Sanctam Ecclesiam Catholicam
 6us carnis resurreccionem
 7us vitam eternam. Amen.

Septem pertinentes ad humanitatem

Primus qui conceptus est de Spiritu Sancto
 2us natus es ex Maria virgine
 3us passus sub Poncio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus
 4us descendit ad inferos
 5us tercia die resurrexit a mortuis
 6us ascendit ad celos sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotent
 7us inde venturus ets iudicare vivos et mortuos.

/f. 22v/ *Alio modo considerantur secundum quod sum Apostoli XIIIm, et sic sunt XIIIIm articuli fidey*⁶⁴

Petrus: Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem celi et terre
 Andreas: Et in Ihesu Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum.
 Iacobus maior: Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine

62. Ex 7: 14-12: 36.

63. Idèntica divisió del Credo al *Tractatus Patriarche*, f. 30r del ms.

64. *Qualiter sancti Apostoli composuerunt symbolum* (PL 72, 579-580). El text és de l'ordo Romanus baptismalis- del segle X (DS 30).

Iohanes: Passus sub Poncio Pilato, concifixus, mortuus et sepultus.
 Tomas: Descendit ab inferos, 3^e die resurrexit a mortuis
 Iacobus minor: Ascendit ad celos sedet ad dextram Dei Patris Omnipotentis
 Philipus: Inde venturus est iudicare vivos et mortuos
 Bartolomeus: Credo in Spiritum Sanctum
 Matheus: Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum comunione
 Symon: Remissionem peccatorum
 Tadeus: Carnis resurrectionem
 Mathias: Vitam eternam. Amen.

Qualis debet esse confessio, nota per hos versus:⁶⁵

Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis, vera, frequens, nuda, discreta,
 libens, verecunda, integra, secreta, lacrimabilis, accelerata, fortis, et accusans et
 se punire parata.

Ista III^{or} disciplicent Deo⁶⁶

Sapiens sine operibus

Senex sine religione

Adolescens sine obediencia

Dives sine elemosina.

/f. 23R/ *Quando septem vicia sunt mortalia et quando venalia*

Omnia peccata predicta quamvis semper sint peccata non tamen semper sunt mortalia. Unde videndum est quando unumquoque peccatum sit mortale et quando veniale. Vanagloria igitur ex genere est veniale quare genus operis sumitur ab obiecto. Vanum autem non est obiectum mortalis peccati set venialis. Unde quod vana laus sit obiectum huius peccati patet quod non semper est peccatum mortale. Erit tamen vanagloria mortale dupliciter, scilicet, ratione finis propter quem laus appetitur. Item ratione operis in quo laus queritur. Circa primum dicendum quod quadruplici sine laus appetitur. Primo ad vitandum malum infamia sic fecit Samuel, I^o Regum.⁶⁷ 2^o propter utilitatem aliquam spiritualem ut est gloria Dey vel proximi hedificacio, sicut Paulus recomendavit II^a ad Corintios.⁶⁸ 3^o propter lucrum avaricie sicut pharisey qui devorant domos viduarum simulantes longam oracionem, Matheum XXIII^c.⁶⁹ 4^o propter aliquem actum venialis peccati sicut quando aliquis laudari vult eo quod in laudem venialiter delectetur. Primum est providencia. 2^o est caritas Dey et proximi. 3^o

65. Cf. RAMON DESPONT, *Tractatus de Sacramentis*; «Analecta Sacra Tarraconensia» 10 (1934) 125.

66. Cf. Prov 30:21-29.

67. Al.lusió a I Reis 12.

68. II Cor 10:12-12:18.

69. Mt 23:14.

est peccatum mortale et idem intelligendum est quodcumque mortale peccatum ponitur finis alicui operis. 4^m est veniale. Sequitur 2^a causa quare vanagloria sit peccatum mortale, scilicet, ratione operis per quod laus queritur hoc autem primo sit tripliciter. Quia laus quoque queritur per opera illicita quoque per opera ex se indicativa, quoque per opera virtutum. Si primo modo sic est tale peccatum quale est illud illicitum, scilicet, mortale vel veniale. Si 2^o modo sic est veniale ut habere divicias vel vestes perconsas cum abusu talium in laude. Verum tamen si talia sint de ordinata ut sin occasio mortalis peccati secundum quod mulier ornata meretricio ornata preparat capiendas animas. Vel si factum illud illicitum et prohibitum ex proibicione superioris ut cortineamenta et huiusmodi sunt peccata mortalia. Si 3^o modo, id est, si queratur laus per opera virtutum sic est dixit quare vel appetitus laudis adiungitur operi virtutum tamquam incidens sicut contigit in creaturis et in predicacione quoque et tunc est veniale. Vel laus est finis principalis propositus operi virtutum operant ita quod ibi constituit finem ultimum et sic est mortale quare tunc inheretur ei ut fini ultimo. Nota quod minus peccatum est gloria de bonis spiritualibus quam de temporalibus, quare minus habent motum eo quod minus apparent ex quanta.

f. 23v/ *Quando invidia est peccatum mortale vel veniale*

Invidia ex suo genere est peccatum mortale quare cum secundum Remigium⁷⁰ sit dolor de alieno bono contrariatur directe caritati que non emulatur set congaudet veritati I^a Corintios.⁷¹ Caritati vero nichil est contrarium nisi mortale peccatum. Potest esse peccatum veniale pro ut in primo motu consistit vel extra suam rationem trahitur. Dolor ergo de alieno bono est quadruplex. Quia vel est primo primus motus vel ex natura veniens sicut quidam naturaliter sunt et hoc nullum peccatum est cum nullo modo sit in potestate nostra. Vel est 2^a primus motus quando, scilicet, appetitus sine deliberacione completa tali passione aficitur et sic est veniale peccatum. Vel est actus voluntarius deliberative et sic est peccatum mortale. Vel trahit pro intencionem extra suam rationem ut quando dolor de alieno bono surgit aliqua ex causa bona sicut quando aliquis dolor de bono temporali alterius quia videt redundare in derimentum anime sue vel et cetera in detrimentum communitatis et clericis dolor bonus est quia magis bonum magis est appetendum. Notandum ergo quod per dolore boni apprehenditur gaudium de malo quod ex ipso causatur.

Quando ira est peccatum mortale vel veniale

Ira ex suo genere est peccatum mortale quare secundum Casiodorus: «ira est

70. Vid. infra, cap. 5 de l'Estudi.

71. I Cor 13:6.

animi concitati ad penam provocati inferendam». ⁷² Talis autem motus contrariatur laxaritati que non ymitatur nec cogitat I^a causa yra vel dicit yram zeli que est detestacio et hec non est peccatum sed est perfeccionis. Per hunc enim modum potest quis yrasti sicut dicit glossa, set illum locum predictus: «Irascimini et nolite peccare quam est hora in quid penitens nilominus yrascens sibi». ⁷³ Vel dicit remissinem contra proximum per quam hora non dolor de malo proximi nec gaudium de malo eius licet et cetera, non doleat de bono eius nec gaudeat de malo eius set est indiferens ei et sic non est peccatum mortale set imperfectio caritatis. Vel dicit impacienciam actualem absque appetitu vindicte et clericis est motus et cetera, deliberativus est veniale peccatum quod hec completa racionem yre sicut patet ex predicta definicione. Vel dicit inpacienciam cum appetitu vindicte et hec est triplex. E non quam enim natura est sic in malenconicus in quibus secundum philosophum ⁷⁴ continue mordetur natura propter quod semper sunt turbulenti et sic ⁷⁵ /f. 24R/ nullum est peccatum cum sit motus naturalis. Quandoquam est ab appetitu indeterminato et sic est veniale peccatum sicut alii primi motus. Quandoquam est a voluntate deliberancia et tunc est peccatum mortale.

Quando accidia est peccatum mortale vel veniale

Accidia ex genere est peccatum veniale quare secundum Augustinus: ⁷⁶ «accidia est tedium hoc autem non opponitur caritati set dicit diminucionem caritatis superioris in quo consistit omne veniale peccatum». Illud autem tedium aut est motus naturalis et sic non est peccatum. Aut ergo est motus appetitus contristati de bono spirituali opere laborioso et sic est veniale peccatum quamvis eciam appetitus iste sit deliberantius quare consensus in veniali non est nisi veniale. Accidia ergo ex genere et per se sicut dictum est veniale peccatum est. Vel tedium redundat in omissionem eorum que sunt necessaria salutis et tunc est mortale. Si autem illud tedium sit ex omissione boni et difficultate aggrediendi bonum ducit in desperationem et tunc iam accidit peccatum in Spiritum Sanctum et si tedium istud ita constitit quod in tedium vite sue iniciat manus tunc iam erit filis inde qui laqueo se suspendit.

Quando avaricia est peccatum mortale vel veniale

Avaricia secundum Tulium ⁷⁷ est amor inmoderatus habendi hec ergo consistit

72. M. A. CASSIODOR, *Expositio in Psalterium*, in ps. IV (PL 70, 49-61).

73. Ef 4:26 i Ps 4:5.

74. ARISTÒTIL, *De causa motus animalium*, 11.

75. A la fi del f. 23v hi ha escrits fora de lloc els mots amb què s'inicia el f. 24r: «nullum est peccatum».

76. Cf. SANT AGUSTÍ, *Sermones ad populum*, 104 (PL 39, 1946).

77. M. T. CICERÓ, *De officiis*, I, c. 20.

in appetendo vel retinendo. Si primo modo hoc est quinque modis primo modo qui appetit aliena completo appetitu qui procederet in opus si esset facultas et sic est mortale peccatum. 2^o qui appetit illicita voluntate completa ut si aliquis indignus conatus beneficium ecclesiasticum adipisci et sic iterum est mortale. 3^o modo si appetat elemosina talia sive sint illicita sive aliena cum voluntate condicionata si posset habere sine offensa Dey ac iniuria proximi et tunc nullum est vel veniale sive talem accionem actualiter addit habitualiter eciam intendit. 4^o si simpliciter intendit habere superflua et hoc appetitu sufocante mentem a cura suy et a consideracione divinorum et hoc est peccatum mortale. 5^o si /f. 24v/ superfluo amore inheret temporalibus tam infra Dey amore et tunc est veniale peccatum. Si autem avaricia consistat in adquirendo hec est triplex quam acquirit res iniuste quocumque modo et hec est tunc mortale vel acquirit res per tale opus aut artem aut effectum quod per se est peccatum mortale si eciam esset sine lucro et tunc est peccatum mortale. Vel acquirit per opera illicita que sunt veniale peccatum ut aliquis verba iocosa componit ad lucrum salva tamen honestetate et hec est veniale nisi aliquis propter delectacionem disolucionis se det totaliter talibus quare tunc est mortale. Dico autem propter delectacionem quare si propter necessitatem ut per talia sustentacionem sibi conquereret cum aliam artem lucrandi nesciret non reputarem ipsum in statu dampnatorum. Si autem avatura consistat in retinendo hoc est 5^o modis. Primo modo cum retinet ea que restituere tenore et animo retinuendi et sic est mortale peccatum. 2^o modo quare retinet ea que ad suam necessitatem pertinet et suorum vel ad conservacionem status sui, et hoc non est peccatum. 3^o modo quare retinet superflua respectu utriusque supra iam dictorum et hoc tempore extreme necessitatis alicuius et sic est peccatum mortale. 4^o quare retinet superflua et hoc circa ultimam necessitatem ex insaciabili cupiditate et sic est peccatum mortale precipuum autem signum talis affectus est quando qui res pocius prutescere apud se sinit quam utiliter aliis dispenset. 5^o quando retinet superflua quodam ex inordinato amore secundum quod modicum deficit a medio largitatis salvo tamen statu virtutum et sic est veniale. Nota tamen quod avaricia ex genere est peccatum mortale, quare ab Apostolo ydolatrie comparatur non quare sit dispositio illius peccati cum non habeat obiectum eius set quare simile facit ydolatrie, scilicet, serviendo pocius terrena quam creatori.

Quando gula est peccatum mortale vel veniale

Gula ex genere est peccatum veniale quare est appetitus comedendi ex sua racionem non subiectum Domino voluntatis. Gula est immoderatus appetitus edenti quod potest esse peccatum 5^o modis. Primo si ibi sit /f. 25R/ appetitus cibi et hoc modo nunquam est peccatum nec est delectacio cibum sequens in quantum ordinatur supra defectum sibi contrarium hec enim pure sunt naturalia nec id est in eis meritum nec demeritum. 2^o si appetitui necessitatis adiungitur appetitus delectacionis in cibo et hoc est veniale peccatum. 3^o si sit ibi transgressio precepti ut si aliquis sine necessitate solvat ieiunium ecclesie vel

quare religiosus comedit carnes cum hoc in suo ordine sit prohibitum sub precepto et sic est peccatum mortale. 4^o si appetitus edenti est cum libidine ut quando ieiunio et finali affectu inheret delectacioni et hoc est mortale. 5^o si ducitur in consuetudinem talem que totam vitam hominis facit delectacionibus huius deputari vicina sunt mortali peccato quare ebrietas ab Apostolo inter mortalia peccata computatur.⁷⁸ Ebrietas quandoque est veniale peccatum ut quando quis ultra necessitatem accipit secundum mensuram tamen imperceptibile. Quando vero quis egreditur a mensura perceptibili secundum rationem bene ordinatam ad discernendum et hoc ex tali mensura ex que evertitur mentis status effrenata libidine quando homo hoc Deo proponit tunc peccaret mortaliter. Set si quis alium inebriat ita invitans eum ad potum ut intendat eius statum vertere et hoc facit in eius nocumentum peccat mortaliter quare magis aufert ey quam si ey auferret aliquid temporale quia usum rationis tollit ey.

Quando luxuria est peccatum mortale vel veniale

Luxuria ex genere est peccatum mortale quia est contra illud preceptum: «non mecaberis».⁷⁹ Concupiscencia luxurie distinguitur 7^m modis. Primus est quando concupiscencia consistit in primo motu tantum et sic est veniale peccatum. 2^{us} est cum consensus fertur in delectacione licet non in opus et sic est mortale peccatum. 3^{us} est cum consentitur in opus et sic iterum est peccatum mortale. 4^{us} cum concupiscencia tenetur non solum in corde set eciam pascitur visu et sic iterum est mortale Matheo II: «Qui viderit uxorem proximi sui ad concupiscendum eam et cetera»⁸⁰ et sic hoc animo et sine attendat mulierem ut eam concupiscat quere secundum Augustinus⁸¹ hoc non est iam cubare set plene consentiri libidini. Breve autem debet ad concupiscendum eam quere si quis videret muliere ut rem ploeram et tunc ulterius non procederet tunc /f. 25v/ pravum vel nullum est peccatum vel solum peccatum curiositatis. 5^{us} modo est in stultiloquio ut cum aliquis procarat mulierem vel propter libidinem habet cum es familiare colloquium eciam est peccatum mortale. 6^{us} modus vocatur ab Apostolo⁸² turpitudoglossa ut in osculis et amplexibus hoc est peccatum mortale et quanto gravius precedentibus tanto magis per talia libido acceditur propter aproximacionem ad ignem. Notandum vero quod tangere mulierem non est peccatum sine intencione, similiter tangere cum intencione ex necessitate, set tangere ex libidine vel conflari ad se non pertinente peccatum mortale est. 7^{us} modus est quando concupiscencia procedit in opus et constat esse mortale. Nota quod est differencia inter primos motus generative et nutritive quare primus

78. Gal 5:21.

79. Ex 20:14.

80. Mt 5:28.

81. Cf. SANT AGUSTI, *De nuptiis et concupiscentia*, I, 10 (PL 44, 417).

82. Ef 5:4.

motus in generativa senper est peccatum nisi per sacramentum matrimonii excusetur. Set non senper in nutritiva quam potencia concupiscibilis non tantum corrupta est in nutritiva, sic in generancia.

*De peccato in Spiritum*⁸³

Quamvis omne peccatum sit contra Deum Trinum et Unum, appropriate tamen dicitur aliquid esse in Patrem, aliquid in Filium, aliquid Spiritum Sanctum. In Patrem enim peccat ex inpotencia. In Filium ex ignorancia. In Spiritum Sanctum ex malicia et hoc est quando voluntas potest et scit resistere alicui malo et tamen ex sola malicia illud eligit in peccatum in Spiritum Sanctum, scilicet, ex inproba voluntate liberi arbitrii et directe inpugnat gratiam Spiritus Sancti et ideo non habet colorem excusacionis quare quantum est de se recte inpugnacio medici et remedii per quid habet remissio peccati. Peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile in hoc seculo et in futuro non quare mremitti non possit set quare raro dimittitur aut vix in hoc seculo quam ad culpam. Item quare non legitur dimissum propter quod irremissibile dicitur, sicut Melchisedech⁸⁴ sine pater dicitur esse quare non legitur de eius patre. Item quare adversatur fonti remissionis, scilicet, Spiritui Sancto. Item propter inpotenciam hominis quia vix potest se preparare ad gratiam quem tota mollicies peccati premit. Sciendum quod hoc nomen irremissibile dicitur tripliciter, scilicet, negative ut quod nilomino potest remitti et hoc modo peccatum angeli et dampnatorum dicitur irremissibile. Item privantie quod non habet in se convenienciam, continenciam ex se quod debeat remitti, licet ex conveniencia et voluntate Dey possit peccatum //ff. 26R/ remitti, et hoc modo quodlibet peccatum mortale dicitur irremissibile. Item contrarie secundum quod habet aliquam culpam contrariam disposicionem ad remittendum et hoc modo peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile peccatum quare contrariatur gracie remittendi peccatum et hoc per desperacionem vel pressumpcionem vel per alias species huius peccati. Unde sex sunt species peccati in Spiritum Sanctum, scilicet, desperacio, presumpcio, inpugnacio veritatis agnite, invidencia caritatis sive obstinacio. Finalis inpenitencia. Harum numerus sic accipitur in remissione tria sunt scilicet ipse remittens et cui remittitur et dispositio remittendi in eo quod remittitur. In eo ipso remittente duo sunt, scilicet, misericordia et iusticia contra primum est desperacio contra secundum est presumpcio. In eo cui remittitur sunt duo, scilicet, dolor de comisso et propositum de no comittendo. Contra primum est obstinacio, contra secundum est finalis inpenitencia. Preterea dispositio remittendi in eo cui remittitur dua est, scilicet, cognicio veri et amor boni. Contra primum est inpugnacio veritatis agnite, contra secundum est invidencia gracie superne. De finali inpenitencia. Nota quod

83. Mt 12:31.

84. Gn 14:18.

non dicit continuacionem peccati usque ad finem set in omni peccato in quo quis decidit scienter est finalis inpenitencia. Set finalis inpenitencia prout est una species peccati in Spiritum Sanctum est secundum quod hic sumitur propositum non penitendi.

*De peccatis cordis*⁸⁵

Peccata cordis sunt hec, scilicet, cogitacio, delectacio, consensus, desiderium mali, voluntas perversa, infidelitas, indevocio, presumpcio, desperacio, timor male humilians, amor male attendens, suspicio, invidia, ira, odium, timere serviliter, exultacio in adversis proximi, contemptus pauperum vel peccatorum, personarum accepcio, perfidia, affectus parentum carnalium, innepta leticia, seculi tristicia, impaciencia, avaricia, superbia, prolixitas, obstinacio, malicia, tedium boni, accidia, inconstancia penitencie, dolor penitentis quare non fecit anplius malum, ypocrisis, amor placendi, amor displicendi, verecundia de bono opere, amor privatus, sensus singularis, ambicio dignitatis, vanagloria de bonis nature vel fortune vel gracie, verecundia de pauperibus amicis, contemptus amonicionis et inmisericordia.

/f. 26v/ *De peccatis oris*

Peccata oris sunt hec, scilicet, Crebera iuracio, periurium, blasffemia, nomen Domini irreverenter assumere, veritatem inpugnare, Deum de aura et aliis instruere, contra Deum murmurare, irreverenter horas dicere, detraccio, adulacio, mendacium, vituperium, malediccio, infamacio, conminacio, inpugnacio veritatis agnite, inpugnacio caritatis superne, relacio discordie, prodiscio, ffalsum testimonium, malum consilium, derrisio, contradiccio, inobediencia, invertere bona facta, in ecclesiis placitas, in ociis, ad iram hominem provocare, reprehendere in aliquo quod ipse facit, vaniloquium, stultiloquium, proferre verba occiosa, superflua vel curiosa iactancia, verborum pollucio, peccatorum defensio, risus caninus, turpiloquium, lenocinium, cantare cantilenas seculares in canto divino, magis studere vocem frangere quam devote psallere, murmurare, verba scurrilia proferre, in iniusta causa advocare, malum comendare.

Peccata operis

Peccata operis sunt: Gula, luxuria, ebrietas, sacrilegium, symonia, sortilegium, violacio dierum solempnium, indigne communicare, votorum fraccio, apostasia, dissolucio et officio divino scandalizare, suo exemplo proximo corrumpere, ledere hominem in rebus vel in persona vel in fama, ffurtum, rapina, usura, decepcio, ludus, vendicio iusticie, exaltaciones ac calonia iniusta, auscultare mala, ioculatoribus dare, superflua sumere, ultra vires quispiam aggredi, consuetudo precindi, recidivacio, simulacio, tenere officia ad que non sufficitur, ex sine peccato agitur, corizare, novitates invenire, maioribus rebellare, minores opprimere, delinquere visu, auditu, olo factu, tactu, gustu, in scripturis circumstancias aggravarens admittere que sunt: tempus, locus, modus, numerus,

persona, mora, sciencia, etas; temptacione prevenire, se ipsum ad peccatum cogere.

Peccata omissionis

/f. 27R/ Peccata omissionis sunt hac: De Deo non cogitare, ipsum non timere, vel amare, gratias de beneficiis non agere, opera que quis facit non referre ad ipsum. De peccatis sicut debet non penitere, ad gratiam recipiendam non se preparare, gratiare tenta non uti, nec eam conservare, ad inspirationem divinam se non convertere, voluntatem suam voluntati divinae non conformare, ad orationes dicendas non attendere; orationes debitas omittere, ea ad que tenetur ex voto, vel praecepto vel officio negligere, communionem et confessionem semel in anno non expedire, parentes non honorare, se ipsum non cognoscere vel reprehendere conscientiam, negligere ecclesiam et predicationes, temptationibus non resistere, penitentias iniunctas negligenter agere, ea que statim facienda sunt differre, bonis proximi non gaudere, et malis eius non condolere, iniuriam non remittere, fidem proximo non servare, beneficiis eius non respondere, delinquentes non corrigere, lites non sedare, ignorantes non instruere, afflictos non consolari, admonitionibus non acquiescere.

Finis.

CONFESSIONAL D

/f. 34R/ Incipit ordo ad investigandum peccata in confessione

Cum sacerdos accedit ad confessionem peccatoris audiendam, si ipsum non cognoscit, debet eum interrogare. Utrum sit parrochianos ecclesie cuius ipse est rector vel alterius parrochie. Si non est sue parrochie non potest ipsum audire nisi habeat licenciam a suo curato vel nisi sit in ultima neccessitate. Et si sit parrochianus suus interrogat eum primo de tempore quo non est confessus. Secundo si adimplerit penitenciam que sibi iniuncta fuit nisi quod adimpleat quam cito poterit. Tercio utrum sciat Pater Noster et Ave Maria et Credo in Deum quare debet scire cum sit ibi fides nostra.¹ Ab inde dicat clericus ergo aspiciate modo ad ea que dicam: «Vos debetis scire quod Deus Pater habuit magnam pietatem de humano generi quia voluit mittere Filium in hoc mundo² ad incarnandum in virgine Maria de qua exivit verus Deus et verus homo et istud pro redempcione humani generis, eciam voluit ex magna misericordia pati in cruce pro vobis peccatoribus salvare. Ideo nullus debet desperare a sua misericordia quare magna est eciam multa peccata sive offensiones fecerit contra eum. Nam legitur de sancto Petro ter negasse eum,³ idem de Sancto Paulo⁴ de persecucione christianorum. Idem de Magdalena⁵ que fuit mulier multum peccatrix. Tamen isti omnes fuerunt salvi et sancti propter penitenciam quam fecerunt in hoc mundo. Magis autem debetis considerare quomodo Deus sit iustus et quod habet facere iusticiam de bonis et de malis eciam quod non dimittit malum inpunitum nec bonum irremuneratum. Nam legitur de Adam⁶ qui propter unum pomun fuit eiectus de Paradiso. Item de angelo propter unicum peccatum fuit eiectus a Paradiso in infernum».⁷ Et ex inde dicat sibi quod confiteatur omnia

1. Cf. SANT RAMON DE PENYAFORT, *Summa de Paenitentia*, III, 34, 32.

2. Jo 3:16-17 i 12:47.

3. Mt 26:69-75; Mc 14:66-72; Lc 22:54-62 i Jo 18:12-27.

4. Act 8:3 i 9:1-2.

5. Mc 16:9 i Lc 8:1-3.

6. Gn 3:23-24.

7. Gn 3:1-15, a la llum de Mt 25:41 i d'Ap 9:11.

sua peccata integre et quod non verecundetur dicere peccata sua quecumque enormis quare potens et Deus parcere penitenti et habeat contricionem de peccatis per ipsum qualitercumque comisis proponat de cetero iterato non comitere. Et tunc proposse dicat et exprimat peccata sua quorum et qualiter ea comissit, tempus et loca et omnes circumstancias peccatorum nam (aliquis) in plus se habet. /f. 34v/ circumstancia quam delictum sive peccatum et sic proferat corde et ore et cum vera contricione singulariter et divisum ipsa exprimat dimissa omni palliacione quare Deo confitetur qui scrutatur corda et renes et scit consilia cordium.

Et cum peccator dixerit et confessus fuerit omnia peccata sua confessori. Tunc confessor debet dicere sibi: «Vos recordativis aliorum peccatorum? »et si dicat «non» de presenti dicat confessor: «ecce ista sunt decem precepta sine quibus nemo potest salvari vel ista sunt septem peccata mortalia que sunt tamquam fontes venenose nam istis ex plurima alia fluunt et egrediuntur rami».⁸

Primum est superbia que est radix omnium malorum et per istud homo potest peccare quando se extolit corde, ore et opere super alios. Aliquando propter divicias vel propter generis nobilitatem vel pulcritudinem, vel sapientiam, vel propter vestes pulcras, vel gloriando se in peccatis, vel propter maliciam suam, vel quando credit quod virtutes et bona que habet, habet a se ipso et non a Deo, de mulieribus in crinibus et aliis ornamentis, vel de compositionem super faciem et de aliis membris corporis, et si dedit occasionem et modum peccandi aliis. Superbia habet tres condiciones: prima vult preesse, 2^a omnes vult subesse, 3^a nichil ey simile.

Secundum est invidia cuius rami sunt isti; scilicet, odium, susurratio, murmuratio, detraccio, leticia in malis, displicencia in bonis proximi sui et quare invidia nascitur ex superbia ideo post superbiam interrogandum est de invidia, et interroget. Si reportavit verba mali unius ad alterum et hoc per invidiam et si denigravit forman alteri ex invidia.

Tercium est yra cuius rami sunt isti, scilicet, odium, contencio, percucio, persecucio et indignacio et iuracio vel periurium, furor mentis, timor, rixa, clamor. Yra enim provenit ex invidia et ideo post invidiam interrogandum est de yra, et yra quando homo habet odium de aliquo et ey non potest inparare, nichil eum submitere de quo est dolens et yratus et plenus furia et de inde habet cor inflatum ad maledicendum et turpiter loquendo de alio, et tunc proponunt non facere verbum illi vel facere et si propter illam yram habuit audaciam et verberandum aliquem vel interficiendum vel ad dicendum contumelias vel turpia verba contra Deum, vel sanctos vel patrem vel parentes vel si lesit aliquem in propria persona. Vel in bonis, vel si desideravit mortem alicuius, patris vel matris, vel fuit locutus eys turpiter, vel percucit vel vituperavit pauperes Christi.

8. Cf. SANT GREGORI MAGNE, *Moralia in Iob*, XXXI, 45 (PL 76, 621).

Quartum peccatum mortale est accidia cuius rami sunt: tedium, rancor, pusillanimitas ex cor, in fide mentis vagacio, tristicia, occiositas, bonorum omissio vanitas... desperacio, presumcio, de omnibus istis est interrogandum si habuit pigriciam et sompnolenciam in Dey servicio, quare poterat multa bona facere que dimisit propter pigriciam dimisit eciam tociens ecclesiam, missas, sermones non curavit facere, oracionem, non elemosinam, non penitentiam potissime diebus dominici debebat officium /f. 35R/ audire non curavit ymo pocius voluit manere in plateis illud itinerare, vel ludere, vel yre venatum, vel piscari, vel discurrere per civitate, vel manere in lecto, vel in domo dicendo tantum sum piger quod iuxta vellen meum senper vellem esse in lecto.

Quintum peccatum est de avaricia, ex qua dependent: usura, furtum, rapina, prodicio, simonya, dolus, et quare avaricia ex pigricia dependit ideo post peccatum accidie de interrogandum est de avaricia, et si fecit furtum de die vel de nocte, et si de loco sacro vel de non sacro, et si res sacra vel non sacra, et si fecit rapinam quod est gravius quam sit furtum si emendo vel vendendo comisit fraudem, vel si tenet libras vel stateras equales et rectas, pondera falsa, mensuras falsas, vel si in unciis fecit dolum, vel in panno vel in congrio vel merlucio vel çafrañ. De agricultoribus si laboraverunt fideliter fodiendo vineas vel operando domos; vel de usura si est usurarius vel fenerator qualiter se habet in emendo et vendendo, si est lusor taxillorum et si inniscuit taxillos falsos vel falsam monetam, et si invitavit aliquem ad ludendum et si est onzenero et si blasphemavit ludendo et si maledixit sanctos, Deum, patrem, parentes. Et de simonia, si vendidit vel emit res sacras vel ecclesiasticas, et si solvit decimas, primicias et si destruxit campum, vineam, arbores, montes, et si invenit aliquid, et si retinet sine restitutione et si bona ecclesiastica distribuit pauperibus et si fecite lemosinas de bonis suis propriis.

Sextum peccatum est gula ex qua dependent multi rami: ebrietas, crapula, multiloquium, ebetudo sensus, scurrilitas, inmundicia, inepta leticia, et de omnibus istis singulariter, et si ieiunavit omnibus ieiuniis ab ecclesia mandatus, et si in Quadragessima comedit carnes et in vigiliis et III^o temporibus, et si comedit carnes vel ova et si comedit usque ad nauseam et si bibit usque ad ebrietatem.

Septimum peccatum est luxuria cuius rami sunt: affectus et continencia, mentis cecitas, petulancia, instabilitas, inconsideracio, amor sui, odium Dei, precipitacio, incastus, inpudivicus, voluptas inmoderata, consideracio peccatorum luxurie et quare istud peccatum pendet ex gula et ideo de isto post gulam interrogandum est, dicitur prava cogitacio quando aliquis cogitat sive considerat aliquam mulierem et in tali cogitatione delectatur mecatus est in corde suo et sunt distincti III^{or} rami luxurie: dicitur luxuriosus solutus cum soluta, et dicitur adulter uxoratus cum uxorata, vel uxorata cum soluto, vel soluta cum uxorato. In peccato luxurie sive carnis aliqui peccavit contra naturam et isti dicuntur sodomite, et aliquid cum parentibus et dicitur incestus Aliquid cum monialibus et dicitur strupum. Aliqui cum virginibus et dicuntur desfloratores. Aliqui cum comatre et

cum filiabus spiritualibus quomodocumque in iste peccato carnis peccaverint cogitatione, delectatione, verbo et opere. Cum propria uxore V^e modis, scilicet, tempore, mente, loco, condicione, modo.

De X^m preceptis rubrica⁹

/f. 35v/ Si vis facere interrogaciones per precepta sic procede. Primum preceptum est: «Non habebis deos alienos». ¹⁰ Hic poteris querere de facto quod in primo precepto precipitur. Si sit fidelis et teneat fidem chatholicam et credat quidquid credit ecclesia. Et utrum receperit sacramentum penitencie sibi ad salutem congruam et bapntismum et confirmationem et cetera. Et si peccavit per sortilegia, facinaciones, divinaciones et auguria vel ibi posuerat unquam fidem. Item de spe que similiter in primo precepto continetur. utrum peccaverit desperando de Deo vel penitendo. Item ibidem interrogaciones de caritate querende sunt. Item queras in primo precepto de superbia et de invidia que ibi proibetur secundum Magistrum Gulielmun Altisiodorensē, ¹¹ magistrum in sacra pagina.

Secundum preceptum Est: «Non assumes nomen Dey in vanum». ¹² Hic queras de iuramento et de periurio, de fraccione penitencie, et lapsu de irreverencia Dey et sanctorum, sacrorum ac sacramentorum ecclesie, de heresi que omnia proibetur in secundo precepto.

Tercium preceptum est: «Memento ut diem sabbati sanctifices». ¹³ Hic quere de transgressione dierum festorum et de eorum indigna et devota observacione. Et hic poteris querere de accidia et de gula secundum Magistrum Altisiodorensē. ¹⁴

Quartum preceptum est: «Honora patrem tuum et matrem tuam». ¹⁵ Hic quere de peccato parentum. utrum peccaverit vel percusiendo, vel non eos reverendo, vel necessaria substraendo si indigerint. De peccato inhobediencia erga prelatos ecclesie et maiores suos dominos.

Quintum preceptus est: «Non occides». ¹⁶ Hic quere de omicidio non tantum corporali sed eciam spirituali. Corporale est duo, fit enim aliquando a lingua, aliquando a facto. Linga tribus modis: precepto, consilio et defensione. Facto quatuor modis, scilicet, iusticia, necessitate, casu, voluntate. Spirituale sit quinque modis: hodiendo, detrahendo, male consulendo, vocendo, victum

9. Fins al f. 36r repeteix els ff. 4r-5r amb poques variants.

10. Ex 20:3.

11. Vid. infra, cap. 5 de l'Estudi.

12. Ex 20:7.

13. Ex 20:8.

14. Vid. infra, cap. 5 de l'Estudi.

15. Ex 20:12.

16. Ex 20:13.

subtraendo, de omnibus istis modis inveniens in Suma Raymundi in capitulo «De homicidio». ¹⁷ Licet queras de yra que hic potest queri.

Sextum preceptum est: «Nom mecaberis». ¹⁸ Hic quere de fornicacione et eius speciebus.

Septimum preceptum est: «Non furtum facies». ¹⁹ Hic prohibetur omnis contractacio rey aliene invito Domino. Unde hic poteris querere de usura, symonia, rapina et eius speciebus et hic poteris querere de avaricia et eius speciebus.

Octavum preceptum est: «Non falsum testimonium dices». ²⁰ Hic poteris querere de quolibet mendacio et maxime nocivo proximo et de adulacione.

Nonum preceptum est: «Non desiderabis uxorem proximi tui». ²¹ Hic queras de adulterio mentis quod sit aliquando cogitacione, delectacione et consensu. Aliquando ex illis duabus circumstanciis exterioribus, scilicet, ex visu colloquio, tactu et osculo et cetera alia possunt considerari.

Decimum preceptum: «Non concupisces rem proximi tui». ²² Hic proibetur rey aliene concupiscencia et voluntas illicita. Unde hic querere poteris de concupiscencia et avaricia cordis rerum alienarum et voluntarum et concupitarum in vitis et nescientibus Dominis. Et item potes querere secundum precepta versus autem unde possis /f. 36R/ scire precepta menoriter sunt hii: Sperne deos, fugico periuria, sabbata serva, sit tibi patris honor, sit tibi patris amor, ne sis occisor, mecus, fur, testis iniquus, vicinique thorum, resque caveto suas.

Secuntur opera misericordie

Opera misericordie quedam sunt spiritualia et quedam corporalia. Spiritualia sunt VII^{em}, scilicet, docere ignorantes, consulere dubitantes, tollerare graves et honerosos et orare pro omnibus. Unde versus: Consule, doce, castigua, consolare, remitte, tollerare.

Opera misericordie corporalia sunt VII^{em}, scilicet, visitare infirmos, potare sicientes, cibare esurientes, redimere captivos, cooperire nudos, colligere pauperes et peregrinos, sepellire mortuos. Unde versus: visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, sepellio.

17. SANT RAMON DE PENYAFORT, *Summa de Paenitentia*, II, 1, 2-3.

18. Ex 20:14.

19. Ex 20:15.

20. Ex 20:16.

21. Ex 20:17.

22. Ex 20:17.

I. ANNEXE: Pregàries aragoneses¹

/f. 36v/ Otras fiestas noya aquesta semana que ami sian de dezir ni a vosotros de tener Empero todos los dias son fiestas e buenos dias por aquellos e aquellas que en buenas obras biven e sines peccato mortal faremos las roguarias que son acostumbradas por la santa madre Yglesia.

Primerament roguaredes a nuestro Senyor Ihu X por paz el qual quiso descender de los cielos en la tierra por paç el quiera enbiar pan e paç fe e verdat entre cristiandat e la yra e la discordia que es entre cristianos el la quiera enbiar sobre los paganos e sobre todos aquellos que son enemigos de la fe catholica e diredes oracion: pater noster.

E assy roguaredes a nuestro Senyor Ihu X por el estamiento de la sancta madre Yglesia primerament por el papa cardenales arcevispes vispes abades rectores vicarios e por todos aquellos que tienen curas de animas que nuestro Senyor Ihu X les de fuerça y poder seso y entendimiento a saber que en tal manera puedan regir aquellas animas que acomandadas les son que al dia del juicio buen conton ne puedan render he de las suyas oracion pater noster.

E assy roguaredes a nuestro Senyor Ihu X por todos los reyes e principes de cristianos en especial porel Senyor Rey de Aragon e por todo su consello que nuestro Senyor Ihu X les de fuerça e poder seso y entendimiento en tal manera quel pueda regir e gobernar el Regno en paç justicia e concordia y defenderlo de qual quiere enemigo que contra el venra. Oracion pater noster.

E assy roguaredes a nuestro Senyor Ihu X por todos los captivos cristianos que iazen en poder de paganos o en manos de malos cristianos que nuestro Senyor Ihu X les abra las carceles e las cadenas enque ellos iazen e los lexe tornar en poder e en manos de sus ermanos cristianos por tal que el su nombre no ayan a renegar ante aquel, mas altament puedan exalçar. Oracion pater noster.

E assy roguaredes a nuestro Senyor Ihu X por la terra sancta de Ihrtm (Iherusalem) en la qual el quiso nacer bevir e morir e resucitar la qual es en poder de cristianos que la quiera mantener e la que yes en poder de paganos el la quiera sacar de aquel poder en que ys e la quiera tornar en poder e en manos de fieles cristianos por tal que su nombre ne sia mas altament loado e exalçado. Oracion pater noster.

1. Vid. cap. 2 de l'Estudi.

